Monia palellogramma in basibus equalibus atqz in eisdeꝝ lineis constituta equalia esse necesse est.

CParalellogrammū dicit̄ superficies eq̄distantiū laterū. Sint due sup ficies. a. b. c. d. z e. f. g. h. equidistantiū laterū constitute inter duas lineas equidistantes que sunt. a. f. z. c. b. z super equales bases que sunt. c. d. z. g. b. dico eas ēē equales. nam protrahā duas lineas. c. e. z. d. f. erūtqz per. 35. superficies. c. d. e. f. equidistantium laterum ppter hoc q. e. f. est equalis z equidistans. c. d. nam vtraqz earū est equalis. g. b. quia ergo per pmissaz vtraqz duarū superficieū. a. b. c. d. z. e. f. g. b. est equalis superficiei. c. d. e. f. ipse erūt sibi iuicem equalēs: quod est p̄positum.

Propositio .37.

Qualeſ ſunt ſibi cuncti trianguli qui ſup eadē baſim atqz inter duas lineas equidistantes ſunt conſtituti.

CSint duo trianguli. a. b. c. z. d. b. c. oſtituti ſuper baſim. b. c. inter duas lineas. a. e. z. b. f. que ſint equidistantes: dico eas eſſe equalēs. ptraham enī. c. g. equidistantē. a. b. z. c. b. equidistantē. d. b. per. 31. erūtqz due ſuperficies. a. b. c. g. z. d. b. c. h. equalēs per. 35. z quia dicti trianguli ſunt earū dimidia p̄ corelariū. 34. ipſe erūt eq̄les per cōeſ ſciam queſt quoqz tota ſūt eq̄lia z dimidia: ſicqz p. p̄positū.

Propositio .38.





Iduo trianguli ſuper baſes equalēs atqz inter duas lineas equidistantes ceciderint equalēs eos eſſe necesse eſt.

CSint duo trianguli. a. b. c. z. d. e. f. oſtituti ſup baſi. b. c. z. c. f. eq̄les z inf lineas. a. g. z. b. h. eq̄distantes: dico eos eſſe eq̄les. ptraham enī. c. k. eq̄distantē. a. b. z. f. l. eq̄distantē. e. d. erūtqz due ſuperficies. a. b. c. k. z. d. e. f. l. eq̄les p. 36. z qz dicti trianguli ſūt eaꝝ dimidia p̄ corelariū. 34. ipi erūt eq̄les p̄ antedictā cōmune ſcientiam.

Propositio .39.

Mones duo trianguli eq̄les ſi in eandē baſim z ex eadē pte ceciderint: inter duas lineas equidistantes erunt:

CSint duo trianguli. a. b. c. z. d. b. c. oſtituti ſup baſi. b. c. ex vna ea demqz pte: ſintqz equalēs: dico eas ēē inf lineas equidistantes: z hec eſt conuerta. 37. a. puncto. a. ptraham lineam equidistantēz linee. b. c. que ſi pertransierit per punctuz. d. liquet p̄positum. Si autem pertransierit ſu pra aut inſra: tranſeat primo ſupra z ſit. a. e. producamqz. b. d. uſquequo ſecet




lineā. a.e.in pūcto. ē. z p̄traham linea. e.c. z quia triangulus e.b.c.est equalis triangulo a.b.c.p.37. z triangulus.d.b.c. positus ē equalis triangulo a.b.c.erit triangulus.d.b.c.equalis triangulo e.b.c.pars toti quod est impossibile. Nō igit pertransibit linea que a pūcto a ducitur eque distanter.b.c.supra.d.transeat.er go infra.z sit.a.f. secans lineam d.b.in pūcto.f. p̄traham ergo lineam.f.c. z quia per.37. triangulus.f.b.c. est equalis triangulo.a.b.c. ipse etiam erit equalis triangulo.d.b.c.pars toti quod est impossibile. Quia ergo linea a pūcto a. equidistanter.b.c. non transit nisi per punctum.d. patet propositum. Ex hac autem z premilla nota q̄ si aliqua linea recta duo alicuius trianguli latera p̄ equa secerit v̄l. secuerit ipsa erit ētio equidistans quod sic probatur. Sit triangulus a.b.c.cuius duo latera que sunt a.b. z b.c. secerit lineam.d.e.per equalia.a.b.q̄ i pūcto.d. z.b.c.in pūcto.e. dico q̄ linea.d.e.est equidistans.a.c. p̄traham enī in quadrilatero.a.c.e.d.diametros.a.e.z.d.c.eritq̄ per.38. triangulus.a.e.d. equalis triangulo.d.e.b.propter id q̄ linea.a.d.posita est equalis linee.d.b. Itē; q̄ per eandem triangulus.c.e.d. erit equalis eidem triangulo.d.e.b.propter id q̄ linea.c.e.d.posita est equalis linee.e.b.quia triangulus.a.e.d.est equalis triangulo.c.e.d.quia ergo ipsi sunt p̄stituti sup̄ eandē basim videlicet linea.e.d. z ex eadem parte ipsi erunt per hanc.39.inter lineas que distantes ergo linea.d.e.est equidistans linee.a.c. quod quidem propositum ad quintam quarti tibi valebit.

Si duo trianguli equales super equales bases vñins eiusdemq̄ linee ex eadē parte fuerint constituti eos inter duas lineas eque distantes necesse ē contineri.

Cōsint duo trianguli.a.b:c. d.e.f. equales constituti super duas bases que sunt.b.c. z.e.f. z ex eadem parte dico eos esse inter duas lineas equidistantes. z hec est conuersa.38. z probatur per ipsam sicut precedēs per.37.a pūcto.a. ducatur linea equidistans linee.b.f. que si transierit per pūctum.d. patet propositum.sin autem pertransierit supra vt.a.g. z producatur.e. d. v̄sqz ad ipsum que sit.e.g. z ducatur linea.g.f. eritq̄ per.38. triangulus.a.b.c. equalis triangulo.g.e.f. quare z triangulo.d.e.f. erit equalis triangulo.g.e.f. p̄ toti quod est impossibile. Non ergo transibit supra: transeat ergo infra.z secerit linam.d.e.in pūcto.h. z ducatur linea.f.h. eritq̄ per.38. triangulus.h.e.f. equalis triangulo.a.b.c. quare z triangulo.d.e.f. pars toti quod est impossibile. quia ergo non transibit nisi per punctum.d. patet p̄positum.

Si palellogramū triangulūq̄ in eadem basi atq̄ i eisdē alternis lineis fuerint p̄stituta palellogramū triangulo duplū esse.

Cōsint palellogramū.a.b:c.d. z triangulo.e.b.d.sup basim b.d. z. int̄ lineas a.e.z.b.d. q̄ sint eque distantes: dico palellogramū duplū esse triangulo p̄trahā in palelligrano diametrum.a.d.eritq̄ triangulus.a.b.d.dimidiū palellogrami p̄ corē⁹.34. z quia triangulus c.b.d.est ēq̄lis triangulo.a.b.d. p.37.p̄ triangulū.c.b.d.eē dimidiū palellogrami.a.b.c.d.q̄ ē p̄positū. Similē quoq̄ p̄t̄ p̄bari q̄ si palellogramū triangulūq̄ in equalib̄ basib̄ atq̄ i inter lineas eq̄ distantes fuerit p̄stituta palellogramū duplū erit triangulo: q̄d iō nō posuit euclides: q̄ leuit p̄z ex hac p̄cedēte corollariū. z.38. diviso palellogramo p̄ diametrum in duos triangulos: v̄l sup̄ basim palellogrami int̄ easdē lineas eq̄ distantes



triangulo cōstituto ad quē duplū erit parallelogramū per hanc precedentē & ipse equalis alteri triangulo per. 38. **Propositio .42.**

BQuidistantium laterum superficiē designare cuius angulus sit angulo assignato equalis. ipsa vero superficies tri angulo assignato equalis.

CSit assignatus angulus. a. & assignatus triangul⁹. b. c. d. volo de scribere superficiē equidistantium laterū equarem triangulo. b. c. d. cuius uterq; duoz̄ angulorum contra se positoz̄ sit equalis. a. dividido basim. c. d. per dimidiū in puncto. e. & protrahō linea. b. e. & a puncto. b. duco. b. f. equidistantem c. d. eritq; per. 38. triangulus. b. c. d. equalis triangulo. b. e. c. quare triangulus. b. e. d. est dimidiū totalis trianguli. b. c. d. igit̄ super punctū. e. linee. d. e. constituo angulum. d. e. g. equalē angulo. a. & perficio parallelogramū. g. e. d. f. quod etiā qz̄ per precedentē ē duplū ad triangulū. b. c. d. erit etiā equale triangulo. b. c. d. p. hāc cōm̄ scienciam: quoq; dimidia sunt equalia ipsa quoq; sunt equalia. est enī triangulus. b. e. d. utriusq; dimidiū quare descripsimus parallelogramū. g. e. d. f. cōuale triangulo. b. c. d. cuius uterq; duoz̄ anguloz̄. g. e. d. & d. f. g. cōtrase positorum est equalis angulo. a. quod fuit propositum.

Propositio .43.




MOnis parallelogrami spaciij eorum que circa diametrū sunt parallelogramoz̄ supplementa equa sibi inuicē esse necesse est.

CSit parallelogramū. a. b. c. d. in quo protraham diametrum. b. c. & protraham. e. f. equidistantē uterq; duoz̄ laterz̄. a. b. & c. d. que se/ cet diametrum in puncto. k. a quo ducā. k. g. equidistantes uterq; duoz̄ laterū. a. c. & b. d. & producā eam quousq; secet utrūq; lat⁹. a. b. & c. d. sitq; tota. g. k. b. erit qz̄ totum parallelogramū. a. b. c. d. divisum in quatuor parallelograma quoq; duo scz̄. e. c. k. b. & g. k. b. f. dicunt̄ consistere circa. c. b. q̄ diametrum transit per medium eorum et ideo sunt circa diametrum: reliqua duo scilicet. a. e. g. k. & k. b. f. d. di/ cūt̄ supplementa hec duo supplementa dicunt̄ cē equalia. sunt enī duo trianguli. a. b. c. & c. d. b. equales p̄ coroll. 34. si l̄r quoq; duo trianguli. g. k. b. & f. k. b. sūt equales per idē coroll. 34. At duo trianguli. c. e. k. & k. b. c. sūt equales p̄ idē conclarin⁹ demptis igit̄ duobus triangulis. b. g. k. & k. b. c. de totali triangulo. a. b. c. ac duobus triangulis reliquis. b. f. k. & k. c. b. de totali triangulo reliquo. c. d. b. erunt per cōm̄ sciā residua: que sunt duo dicta supplementa equalia: quod est propositum.




Propositio .44.

Proposita linea recta sup̄ eam superficiē equidistantiū late/ rum cuius angulus sit angulo assignato equalis ipsa vero superficies triangulo assignato equalis designare.

Designare superficiē equidistantiū laterz̄ super linea aliquā ē linea ipsā facere latus vñi ipsi⁹ superficiē. Sit ergo data linea. a. b. & dat⁹ angulus. c. & datus triangulus. d. e. f. super linea. a. b. volo designare superficiē vñā equidistantiū laterz̄ ita q̄ linea. a. b. sit vñū ex lateribus eius uterq; duorum angulorum contra se positorum sit equalis angulo. c. & ipsa totalis superficies sit eq̄ lis triangulo. d. e. f. differt autem hec a. & t. qz̄ hic dat⁹ latus vnius superficiē descri/ bende scz̄ linea. a. b. ibi autem nullum. cū ergo voluerō facere adiungo lineam. a. g



LIBER



linee. a. b. s.m rectitudinem: quā pono equalēm linee. c. f. basi trianguli datī super quā cōstituo triangulū vñū. ci eqlē & equilaterū. qđ hoc modo facio. Constituo agnū m. a. g. k. equalēm angulo. e. & n. gulum. g. a. k. equalēm angulo. f. per. 23. & quia g. a. posita fuerat equalis. e. f. erit per. 26. triangulus. g. a. k. equalis & equilaterus triangulo. c. f. d. dividā ergo. g. a. per equalia in puncto. h. & protrahā. k. b. & producam a puncto. k. lineā. m. k. n. equidistantē linee. g. b. eritq; per. 38. triangul⁹. a. b. k. equalis triangulo. g. b. k. tunc īper punctū. a. linee. g. a. faciā angulum. g. a. l. p. 23. equalēm angulo. c. dato: & complebo sup̄ basim. a. b. & inter lineas. g. b. & m. n. equidistantes superficiem equidistantiū laterum. m. l. b. a. que p. 41. dupla erit ad triangulū. k. b. a quare equalis totali triangulo. k. g. a. quare & triangulo. d. e. f. p. posito: protraham ergo. b. n. equidistantē. a. l. & producā diametrum. n. a. quā p. trahā quo usq; cōcurrat cū. m. b. in puncto. o. & complebo superficiem equidistantium laterum. m. o. n. q. & protraham. l. a. usq; ad. p. eritq; per precedētē supplementū a. b. p. q. equale supplemento. m. l. b. a. quare & triangulo. d. e. f. & q; per. 15. angulus. l. a. h. ē equalis angulo. b. a. p. & ideo angulus. b. a. p. est equalis angulo. c. p. super datam lineā. a. b. descriptā esse superficiem equidist. utiū laterum. a. b. p. q. equalēm dato triangulo. d. e. f. cuius vterq; duorum angulorum contra se positōrum qui sunt. a. & q. ē equalis dato angulo. c. quod fuit propositum.

Propositio .45.

Ex data linea quadratum describere.

C Sit data linea. a. b. ex qua volo qđratum describere: a punctis. a. & b. linee. a. b. educo p. ii. lineas. a. c. & b. d. perpendicularē ad lineam. a. b. que erūt equidistantes per ultimā ptem. 28. & pono vtrā qz eaꝝ eidem. a. b. per scđam equalēm & protrahō lineam. c. d. eritq; ipsa equalis et equidistans linee. a. b. per. 33. & quia vterq; duorum angulorū. a. & b. est rectus. erit vterq; duorum. c. & d. rectus per ultimā ptem. 29. ergo per diffinitiū onem. a. b. c. d. ē quadratum quod est propositū. Idem aliter sit. a. c. perpendicularis super lineam. ab. per. ii. & sit ei equalis vt prius & a puncto. c. per. 31. ducatur c. d. equidistans. a. b. & ponatur equalis ei & ducatur linea. d. b. que per. 33. erit eq̄lis & equidistans. a. c. & omnes anguli recti per ultimā ptem. 29. quare per diffinitū onem habemus propositum.

Propositio .46.

N omni triangulo rectangulo quadratum qđ a latere re cto angulo opposto in semetijsō ducio describit equū ē duobus quadratis que ex duob⁹ reliquis lateribus con scribuntur.

C Sit triangulus. a. b. c. vñus angulus. a. sit rectus dico qđ quadra tū lateris. b. c. equū ē quadrato. a. b. & quadrato. a. c. si sumptis. Quadrabo ḡbec tria latera sīm doctrinā p̄cedētis: sitq; qđratū. b. c. superficies. b. c. d. e. & qđratū. b. a. superficies. b. f. g. a. & qđratū. a. c. superficies. a. c. h. k. ab āgulo. a. recto ducā ad basi. d. e. basi maximī qđrati trcs lineas. s. a. l. eq̄distāte vtrigz lateri. b. d. & c. e. q̄ se cet. b. c. i. pūcto. m. & ypothemissas. a. d. & a. e. itēqz a dnob⁹ reliq̄s āglis triāgli q̄ sūt b. & c. ducā ad duos anglos vnoꝝ qđratoꝝ mīoꝝ duas liēas se int̄secātes itra ipsū

triangulū que sunt. b. k. z. c. f. z qz vterqz duoz angulorum. b. g. c. z. b. a. g. est rect⁹ per. 14. erit. g. c. linea vna: eadē rōne erit. b. h. linea vna. qz vterqz duoz augulorū c. a. b. z. c. a. b. est rectus: quia ergo sup basim. b. f. z inter duas lineas equidistantes qz sunt. c. g. z. b. f. cōstituta sūt palellogramū. b. f. g. a. z triāgul⁹. b. f. c. erit p. 41. palellogramū. b. f. g. a. duplū triāgulo. b. f. c. s̄ triāgul⁹. b. f. c. ē eq̄lis triāgulo. b. a d. p. 4. quia. f. b. z. b. c. latera prīmi sunt equalia. a. b. z. b. d. lateribus postremi. et angulus. b. prīmi ē equalis āgulo. b. postremi. eo qz vterqz cōstat ex angulo recto z angulo. a. b. c. comuni. ergo palellogramū. b. f. g. a. est duplum ad triāgul⁹. a. b. d sed palellogramū. b. d. l. m. est duplū ad eundē triāgul⁹. p. 41. qz cōstituti sūt sup eandem basim sc̄z. b. d. z inter lineas equidistantes que sunt. b. d. z. a. l. ergo per cōmūnē sc̄iam quadratū. a. b. f. g. z palellogramū. b. d. l. m. sunt equalia. qz eorum dimidia videlicet predicti triāguli sunt equalia. Eodē mō z per easdē ppositiōes mediantib⁹ triāgulis. k. b. c. z. a. e. c. pbabim⁹ q̄dratū. a. c. b. k. ēē equale palellogramo. c. e. l. m. qre p. 3. ppositū.

Propositio .47.



Si qd ab uno triāguli latere in seipslū ducto pducit: equū fuerit duobus quadratis qz a duobus reliquis laterib⁹ de scribuntur. rectus est angulus cui latus illud opponitur. Lineā in se ipsam ducere est eius quadratū describere. Sit triāgulus. a. b. c. sitqz quadratum lateris. a. c. equale quadratis duorum laterū. a. b. z. b. c. simul iunctis. dico angulū. b. cui latus. a. c. opponit esse rectū: z hec est cōuersa prioris. A puncto. b. extraho lineā. b. d. p. ii. ppendicularē super lineam. b. c. quā pono equalē. a. b. z produco lineam. d. c. eritqz per precedentē quadratum. d. c. equale duobus quadratis duarum linearum. d. b. z. b. c. z qz. b. d posita est equalis. b. a. erunt per cōmūnē scientiā que est linearū equaliū equalia es se quadrata: quadrata duarū linearū. a. b. z. b. d. equalia: quapropter erit quadratum. d. c. equale quadrato. a. c. ergo per aliam cōmūnem sc̄iam que ē cōuersa prioris sc̄z lineas quaz quadrata sunt equalia esse equalis: erit. d. c. equalis. a. c. qua/ re p. 8. angulus. b. triāguli. a. b. c. ē rectus qd ē ppositū.

Propositio .48.

Propositis quibuscunqz quadratis alteri illoz gnomonē reliquo equalē describere.



Proponant ergo duo quadrata sc̄z. a. b. z. c. d. z sit propositū prodūcere gnomonē circa. a. b. equalē. c. d. quadrato: protrahās itaqz vñ latus quadrati. a. b. ad equalitatem vni laterū quadrati. c. d. in continuum z directum z sit. f. e. ita qz. f. e. sit equale vni laterū quadrati. c. d. z ex. e. ducā lineam rectā ad. a. sit ergo triāgul⁹ orthogoni⁹ quia. f. ē angul⁹ rectus arguat ergo hī penultimā prīmi sic: q̄dratū. e. a. ē tm quātū q̄dratū. c. f. z q̄dratū f. a. sed q̄dratū. c. f. ē eq̄le q̄drato. c. d. z quadratū. f. a. est equale quadrato. a. b. ergo quadratū. a. e. est equale quadratis. a. b. z. c. d. Item. e. f. a. est triāgulus ergo c. f. z. f. a. latera sunt longiora. a. e. latere. secūdū. 20. prīmi. sed. f. a. est equale: a. b. rōne quadrature: ergo. e. f. z. f. b. sunt longiora. a. e. ergo illa totalis linea sc̄z. e. b. est maior. a. e. resecat ergo. b. e. ad equalitatē. a. e. ad punctū. c. ita qz. b. c. sit equa le. a. e. ergo quadratum. b. c. est equale. quadrato. a. e. sed quadratū. a. e. vt prīns pbatū fuit ē equale quadratis. a. b. z. c. d. ergo quadratū. b. c. ē equale eisdem sed quadratū. b. c. addit super quadratum. a. b. gnomonē illū quē vides. ergo gno/

b



LIBER

mo ille est quadrato.c.d.equalis.quod erat probandum. Explicit liber primus
Incipit liber secundus.



Conne parallelogramū rectāgulū sub dua b⁹ lincis āgulū rectū ābiētib⁹ dicit̄ cōtineri.
C Parallelogramū est superficies equidistatiū later̄.
C Parallelogramū rectangulū est habens omnes angulos rectos. et p̄ducit ex uno duorū later̄ eius ambientiū vñū ex suis angulis in reliquiū. et ideo sub illis dicit̄ cōtineri.
Onus parallelogrami spacij ea qđē q̄ diameter secat p̄ mediū palellograma circa eandē diamet̄ cōsistere dicunt. Eoz vero parallelogramoꝝ que circa eandē dia metrū consistūt quodlibet vñū cū supplementis duob⁹ gnomō noiat.
CQue parallelograma dicunt̄ cōsistere circa diamet̄. et que sūt supplemēta: expositū est supra in demonstratione. 43. primi. **S**it enim parallelogramū. a.b.c.d. cuīs diameter. a.d. dividant due linee. e.f.g.h. ducte equidistanter: laterib⁹ oppo sitis dicti parallelogrami. secates se sup̄ diamet̄. a.d. in punto. k. eritq; ip̄sum parallelogramū diuisū in .4. parallelograma et vñūquodq; duoy parallelogramoꝝ que sunt. a.g.e.k. t.k.f.h. d. que diameter secat p̄ medium dicit̄ cōsistere circa diamet̄. Reliqua duo que diameter nō secat dicunt̄ supplemēta q̄ duo sup̄ plēmenta cū vtrōq; dictoꝝ parallelogramoꝝ cōsistentiū circa diamet̄ cōponit̄ figurā quādā q̄ gnomō appellat̄ cui deest ad cōplēmetū palellogrami palellogramū vñū reliquiū circa diamet̄ cōsistēs: qđ si addat̄ sup̄a diamet̄ totalis cōpositi cōsistet. eritq; simile totali. Unde palellogramū addito gnomone quāuis crescat mi nime tñ alterat̄. quēadmodum dixit Aristoteles in predicamentis.

Propositio .i.

Si fuerint due linee quarū vna in quodlibet partes dini datur. illud q̄ ex ductu alterius in alteram fiet. equum erit his que ex ductu linee indiuisē in vñāquāq; partem linee particulatum diuisē rectangula producentur.
Lineā in aliam lineā ducere ē supra terminos vnius eaz duas lineas orthogonaliter alij eōles erigere. et superficie equidistatiū later̄ rectāgulū cōplore q̄ sub illis duab⁹ lineis per diffinitionem dicit̄ contineri. **S**unt due linec. a.b. z.c. quāz. vna sc̄. a.b. in quodlibet p̄tes diuidat̄ que sint. a.d. t.e. b. dico q̄ illud quod fit ex ductu. c. in totū. a.b. equū est illis parallelogramis rectangulis simul iunctis que sūt. ex. c.i.a.d. t.i.d.c. t in. c.b. **C**Sup̄ pūcta. a.b erigā lineas. a.f. t.b.g. perp̄diculares sup̄ lineā. a.b. quāz vtraq; sit eōlis linec. c. et complebo rectangulā superficie. a.f.b.g. ducta linea. f.g. que per diffinitionē producit̄ ex. c. in. a.b. et sub illis dicit̄ contineri. protraham quoq; a punctis. d. t.e. lineas. d.b. t.e.k. equidistantes lateribus. a.f. t.b.g. eritq; vtraq; earū eōlis. c.p. 34. primi vtraq; eaz est eōlis. a.f. p̄ diffinitionē igit̄ rectangulū. a.d.f.b. pdueī ex. c.i.a.d. et sub illis dicit̄ cōtineri et rectangulū. d.b. t.e.k. ex. c.in. d.e. et rectangulū. e.k.b.g. ex. c.in. c.b. et q; hec rectangula simul iuncta sunt cōqualia totali rectangulo. a.f.b.g. patet vez eē p̄positum.

II



Propositio .2

Ifuerit linea i ptes diuisa. illud qd ex ductu toti⁹ linee in seipsa fit: equū erit his q ex ductu eiusdē i oēs suas ptes. **C**sit linea. a.b. diuisa in. a.c. z. c.d. z. d.b. dico q illud qd fit ex ductu totius. a.b. in se qd sit. a.c. b.f. equū est his que sunt ex ipsa tota in vnamquāqz dictarum partium qd palam patebit. ductis. c.g. z. d.b. equidistanter. a.c. z. b.f. **A**liter sumatur. k. eōlis. a.b. eritqz p premissam qd fit ex ductu. k. in totam. a.b. equū ei qd fit ex ductu. k. in omnes ptes. a.b. z qz ex. k. i. a.b. tantū fit quantū ex. a.b. in se. z ex. k. in omnes ptes. a.b. quātū ex. a.b. in omnes ptes eiusdē. ppter id qz. k. z. a.b. sūt equales pater vñ esse propositum.



Propositio .3.




Ifuerit linea in duas ptes diuisa illud qd fiet ex ductu totius in alterutrā partē equū erit his q ex ductu eiusdē partis in seipsam z alterius in alteram. **C**sit linea. a.b. diuisa in. a.c. z. b.c. dico q illud quod fit ex tota. a.b. in eius partem. a.c. equū est quadrato eiusdem. a.c. partis. z ei quod fit ex eadē parte. a.c. in. b.c. fiat quadratum linee. a.c. qd sit. a.c. d.f. z pficiatur superficies. a.b. d.e. patebitqz propositū. **A**liter sumat. g. eōlis. a.c. z qz. b.a. in. a.c. tantū est quantū. a.c. in. a.b. ecōuerso. z. a.c. in. a.b. z in. c.b. z in. seipsaz quātū. g. i. easdē. At. g. in. totā. a.b. quātū in. a.c. z in. c.b. p primam huīus pater ppositū scz qd tm̄ crit. a.c. i. a.b. quātū in se z in. c.b. qre ecōuerso. a.b. i. a.c. quātū. a.c. in. se. z in. c.b. qd volum⁹ demostrare.

Propositio .4.



Ifuerit linea in duas ptes diuisa illud qd ex ductu toti⁹ i seipsa fit: equū ē his q ex ductu vniusqz ptes i seipsa z alte ri⁹ i alterā bis. **E**x hoc manifestū ē qd i oī qdrato due sup ficies quas diameter secat p mediū sunt ambe quadrata. **C**sit linea. a.b. diuisa in. a.c. z. b.c. dico qd quadratum totius a.b. equum est duobus quadratis duarum linearum. a.c. z. b.c. duplo eius qd fit ex ductu vnius eaꝝ in alteram: describam quadratum alterius partialium sitqz c.d. b.e. quadratū linee. c.b. cui adiungam gnomonē secūdū ductū directū linee alterius scz. a.c. qd faciam hoc mō. in quadrato descripto protraham diametrū b.d. z a puncto. a. educam perpendicularē sup lineam. a.b. que sit. a.k. quā. a.k z diametrū. b.d. pducam vsqz quo cōcurrat in puncto. f. z a puncto. f. producam f.b. equidistantē linee. a.b. quā. f.b. z. b.e. producam vsqz quo concurrat i pucto g. z producā. c.d. vsqz ad. b.z. e.d. vsqz ad. k. Et quia duo latera. d.e. z. e. b. trianguli. d.e. b. sunt equalia: erūt per. s. primi duo anguli. e.d.b. z. e. b. d. c. equalles: z qz angulus. e. est rectus erit p. 32. primi vterqz eoz medieras recti. Eadē rōne vterqz duorū angulorū. c.d.b. z. c.b. d. erit medietas recti. quare p secūdā ptem. 29. p mi erit vniusquisqz quatuor angulorū qui sunt. b.f.d. z. b.d.f. z. k.f.d. z. k.d.f. medietas recti ergo p. 6. primi. f.g. z. g.b. sunt equalles. similiter quoqz. f.a. z. a.b. pari rōe. f.b. z. b.d. itēqz. f.k. z. k.d. quare vtraqz duarū supficiē. a.b. g.f. z. k. d.b.f. est quadrata z qd totale quadratum. a.b.f.g. qd est quadratū linee. a.b. constat ex duobus quadratis que cōsistunt circa diametꝝ que sunt quadrata duarum linearum. a.c. z. c.b. z ex duobus supplementis quoqz vnuqdqz pducit ex. a.c. in b.c. pater propositum nostrū. **A**liter sit linea. a.b. vt prius diuisa in. a.c. z. c.b.

b 2



LIBER.

eritq; p.2. huius quod fit ex tota. a.b. in se: equū ei qd fit ex ipsa in.a.c.t.c.b. sed ex ipsa in.a.c.tm fit quātū ex.a.c.in se. t ex.a.c.in.b.c.p.3.bui? Itēq; ex ipsa a.b.tota in.b.c.tm fit quātū ex.c.b.in se. t ex.c.b.in.a.c. per eandem. ergo qd fit ex tota. a.b. in se equū ē ei qd fit ex.a.c.in se t in.c.b. t ex.c.b.in se. t in.a.c.qd est propositum. Sed bac via non patet corollariū. sicut via precedenti patet. vn/ de prima est auctorī magis consona.

Propositio .5.



I linea recta per duo equalia quoq; iequalia fecetur. qd sub inequalibus totius sectionis rectangulū continet cū eo quadrato qd ab ea que inter vrasqz ē sectiones describitur equum est ei quadrato qd a dimidio totius linee i se ducto describitur.

C Sit linea. a.b. divisa p equalia in pucto. c. t p unequalia in puncto. d. dico quadratuz. c.b. esse equale ei qd fit ex. a.d. in. d.b. t qdrato. c.d. **D** escribā quadra tum. c.b. q sit. c.b.f. e. in quo p̄traham diametrū. e.b. t ducā. d.g. equidistantē b.f. q secet diametrū. e.b. i pucto. b. t a pucto. b. ducā eqdistatē linee. a.b. q sit. b.k. secas lineā. b.f. in puncto. m. t lineā. c.e. in puncto. l. t p̄trahā. a.k. equidistan tē. c.e. eritq; p corollariū p̄misse vtraqz duaz superficiez. l.g. t d.m. quadrata. t per 43. primi duo supplementa. c.b. t b.f. equalia. ergo addito quadrato. d.m. vtriqz erit palellogramū. e.m. equale palellogramo. d.f. t qz. a.l. est cquale. c.m. p. 36. pri mi: erit. a.b. equale gnomoni qui circūstat quadrato. l.g. ergo addito vtriqz quadrato. l.g. erit. a.b. cū quadrato. l.g. equale quadrato. e.f. qd est propositum.

Propositio .6.



I recta linea in duo equalia dimidat. alia vero ei linea in longū addat. qd ex ductu toti? iā cōposite i eā q iā adiecta ē cū eo qd ex ductu dimidie in seiplā: equū ē ei qdrato qd ab ea q cōstat ex adiecta t dimidia i seiplā ducta describit




C Sit linea. a.b. divisa p equalia in puncto. c. eiq; addat linea. b.d. dico q quadratū. c. d. qd sit. c. d. e. f. equale ē ei qd fit ex tota. a.d. i. b.d. t quadrato. c.b. Producā i quadrato predicto diametrū. d.e. t ducā lineā. b.g. equidistatē d.f. q secet diametrū. d.e. in pucto. b. a quo. b. pducā equidistatē linee. a.b. que sit b.k. secans. d.f. in pucto. m. t c.e. in pucto. l. t producā. a.k. equidistantem. c.l. eritq; per. 36. primi. a.l. equale. c.b. At. c.b. erit equale. b.f. per. 43. primi. quare. a.l. ē equale. b.f. ergo addito. c.m. vtrobiqz erit. a.m. cū. l.g. equale toti gnomoni circūstāti. l.g. quare. l.g. addito vtrobiqz erit. a.m. cū. l.g. equale toti quadrato. c.f. t quia vtraqz duaz superficiez. l.g. t b.m. ē quadrata: p corollariū. 4. hui? p̄z propositū.

Propositio .7.



I linea in duas partes dividat. qd fit ex ductu totius i se ipsam cum eo qd est ex ductu alterius partis i seipsam. e/ quum est q eis ex ductu totius linee i eandem partem bis t ex ductu alterius partis in seipsam.

C Sit linea. a.b. divisa in duas partes in puncto. c. dico q quadratum totius. a.b. cū quadrato. b.c. equū est ei qd fit ex. a.b. in. b.c. bis cum quadrato. a.c. describatur quadratuz totius qd sit. a.b. d.e. t ducatur diameter. b.d. t



II


e.f.equidistans.b.c.secans diametrum in punto.g.z ducatur.k.g.b. equidistās
a.b.z quia quadratum.a.e.cum quadrato.c.b.tū sunt quātum quadratum.k.f.
cum duabus superficiebus.a.b.er.g.e.paret propositum

Propositio .8.



I linea in duas partes dividatur: eiqz in longum equalis vni dividentium adiungatur: qd ex ductu totius iam cō posite in seipso fiet. equum erit his que ex ductu prioris linee in eam adiecram quater. et ei qd ex ductu alterius di uidentis in seipso.

C Sit. a.b.divisa in punto.c.qualiterūqz contingat:cui addatur.b.d. equalis.c.b.dico qd quadratum totius.a.d.qd sit.a.d.e.f.est equale ei qd fit ex.a.b.z.b.d. quater cū quadrato.a.c.hoc aut patebit ducta diametro.d.e.z lineis. c.g. z.b.b equidistantibus linee.d.f.z secantibus diametrum in punto.k.l. per que puncta ducantur.p.q.k.r.z.m.n.l.o.equidistantes.a.d.erit enim per corollariū.4.huius vnaqueqz superficierum.r.g.n.q.z.b.m.quadrata:z quia.c.b.posita est equalis b.d.erit vtraqz superficierum.c.l.z.l.p.quadrata. Erūtqz.4.quadrata dividentia quadrati.c.p.equalia z quia totus gnomo circūstas qdrato.r.g.est qdruplus ei qd ex.a.b.in.b.d.qz quadruplicis ad superficiē.a.t.paret propositum.




Propositio .9.



I linea i duo equalia duoqz inequalia dividitur: qd sūt ex ductu unequali sectionū in seipso pariter accepta: duplū sūt vtriusqz pariter acceptis. qdē ex dimidia. eaqz qdē vtriqz sectioni interiacet quadratis describuntur.


C Sit linea.a.b.divisa per equalia.m.c.z per inequalia.in.d.Dico qd quadratum.a.d.z quadratum.d.b.simil iuncta: dupla sunt quadrato.a.c.z quadrato.c.d.simil iuncis. **S**uper lineā:a.b.erigo lineā.c.e. perpendicularē z eq/ lem vtriqz caꝝ lineaz.a.c.z.c.b.z produco.e.a.z.c.b.critqz p.32.primi vterqz angulorum.a.z.b.z vterqz angulorum partialium qui sunt ad.e.medietas recti.totqz e.rectus.z produco.d.f.equidistantē.c.e.z perpendicularē super lineaz.a.b.erit qz vterqz angulorum.d.rectus:z angulus.d.f.b.medietas recti per.32.primi:sive per secūdā partē.29.primi:quare per.e.primi.d.f.z.d.b.sunt equalia.a.punto f.duco.f.g.equidistantē.a.b.eritqz per secūdā prē.29.primi:vterqz angulorum.g.rectus.z angulus.e.f.g.medietas recti quare p sextā ciusdē latera.e.g. z.g.f. sunt equalia:z quia per penult. eiusdem quadratum:e.f.est equale quadrato.e.g. z q/ drato.g.f.ipsum erit duplum ad quadratum.g.f.quare ad quadratum.c.d. **I**tēqz per eandem quadratum.e.a.est equale quadrato.a.c.z quadrato.c.e.ipsum crit duplum ad quadratum.a.c.z quia quadratum.a.f.est equale quadrato.e.f.z.a.e per eandem ipsum erit duplum ad quadratum.a.c.z ad quadratum.c.d.sed qua/ dratum.a.f.est iterum equale per eandem quadrato.a.d.z quadrato.d.f.ergo q/ dratum.a.d.z quadratum.d.f.dupla sunt ad quadratum.a.c.z ad quadratum c.d.z quia quadratum.d.f.est equale quadrato.d.b.erūt quadrata duaz linearū.



LIBER

a.d.z.d.b.dupla quadratis duarum linearum que sunt.a.c.z.c.d.qd.é.ppositum.


Propositio .10.



Slinea in duo equalia dividatur eiqz i longum alia addatur: quadratum qd describitur a tota cum addita z quadratum qd ab ea que addita est. vtraqz quadrata pariter accepta ei quadrato qd a dimidia. eiqz qd ab ea producitur q ex dimidia adiectaqz consistit vtrisqz quadratis pariter acceptis dupla esse necesse est.

Csit linea a.b. divisa per equalia in c. z addita sibi linea b.d. dico qd duo quadrata duarum linearum a.d.z.b.d. pariter accepta dupla sunt duobz quadratis duarum linearum a.c.z.c.d. pariter acceptis. **E**rigo c.e. perpendicularem super lineam a.b. z equalē vtriqz linearum a.c.z.c.b. z perficio triangulū a.e.b. ductis lineis a.e.z.e.b eritoz ut in pmissa vterqz angulorū a.z.b. z vterqz eorum q sunt ad.e.medietas recti p.32. primi: totusqz e. est rectus a punto e. produco e.f. equalem z equidistantem c.d. z produco f.d. z e.b. quousqz cōcurrūt in punto g. z produco lineam a.g. eritqz per ultimam partem 29. primi: angulus c.e.f. rectus sed angulus c.e.b. est medietas recti. ergo angulus b.c.f. est similiter medietas recti: z quia per 33. eiusdem f.d. est equidistantis c.e. erit per 34. eiusdem angulus f. rectus. ergo per 32. eiusdem erit angulus e.g.f. medietas recti. Itemqz per eandē angulus d.b.g. similiter medietas recti: propter id quod angulus b.d.g. est rectus ergo per 6. eiusdem duo latera c.f. z f.g. sunt equalia. Itēqz duo latera d.b.z.d. g. sunt equalia: ergo per penultimam eiusdem quadratum e.g. duplum est ad quadratum c.f. quare ad quadratum c.d. **I**temqz per eandem quadratum a.e. duplum est ad quadratum a.c. z quia quadratum a.g. est per eandem equale quadrato a.e.z.e.g. similiter quoqz z quadrato a.d.z.d.g. At qd quadratū d.g. est equale quadrato b.d. erūt duo quadrata duarum linearum a.d.z.b.d. pariter accepta dupla duobz quadratis duarum linearum a.c.z.c.d. pariter acceptis qd est propōsitus: hec autem z omnes pmissae veritatem habent in numeris sicut in lineis.

Propositio .11



Atam lineam sic secare. vt qd sub tota z una portione retangulum continetur: equum sit ei qd sit ex reliqua sectione quadratū.

Csit linea data a.b. qz volumus sic dividere: vt qd ex tota z eius minore producitur equum sit quadrato maiori. **D**escribo quadratum ipsius qd sit a.b.c.d. z latus b.d. divido per equalia in e. z produco a.e. et e.b. produco vsqz ad f. ita quod e.f. sit equalis a.e. z ex b.f. portione extrinseca: describo quadratum quod ex latere a.b. resecat portionem equalem b.f. que sit b.b. z quadratum descriptum sit b.f. b.g. Dico qd: a.b. sic est divisa in punto h. qd illud qd sit ex tota a.b. in eius portionem b.a. est equale quadrato b.b. produco g.b. vsqz ad k. que erit equidistantis a.c. qd ergo linea d.b. divisa est per equalia in e. z est sibi addita linea b.f. erit per 6. huius qd sit ex d.f. in b.f. cu quadrato e.b. equale quadrato e.f. quare z quadrato e.a. Quare p penultimum

primi: quadratis duarum linearum. e.b. et b.a. ergo dempto ab utrisqz quadrato linearum. c.b. erit qd sit ex. d.f. in. b.f. et ipsi est superficies. d.g. equale quadrato linea a.b. ergo dempto ab utrisqz parallelogramo. h.d. erit quadratum. b.f. equale parallelo gramo. b.c. et quia quadratum. b.f. est quadratum linea. b.b. et parallelogramum. b.c. productur ex. c.a. que est equalis. a.b. in. a.b. pater factum esse propositum. Ad hoc autem faciendum in numeris non labores: quia impossibile est numerum sic dividendi: ut hic undecima proponit sicut scies sexti. 29. te docente.

Propositio .12.

Letis triangulis qui obtusum habent angulum: tanto ea que obtusum subtendit angulum: ambobus reliquis lateribus que obtusum continent angulum amplius potest. quantum est qd continet bis sub uno eoz: atqz ea que sibi directe iuncta ad obtusum angulum a perpendiculari extra depingendit.



C sit triangulus. a.b.c. habens angulum. a. obtusum. a punto. c. ducatur linea perpendicularis ad lineam. b.a. que necessario cadet extra triangulum. a.b.c. alioquin angulus obtusus esset rectus aut minor recto p. 16. primi: sit ergo. c.d. perpendicularis super lineam. a.b. productam usqz ad. d. Dico qd quadratum lateris. b.c. qd subtenditur angulo obtuso tanto maius est duabus quadratis duarum linearum a.b. et a.c. ambientibus ipsum angulum obtusum. quantum est illud qd fit ex. b.a.in.a.d.bis: potentia enim linee respectu quadrati sui est. unde tamen dicit posse linea quelibet quantu in se ducta producitur. Erit enim p. 4. huius quadrat. b.d. equale duabus quadratis duarum linearum. b.a. et a.d. et duplo eius qd fit ex. b.a.in.a.d. et quia quadratum. b.c. per penultimam primi est equale quadrato. b.d. et quadrato d.c. ipsum erit equale quadratis trium linearum. b.a. a.d. et d.c. et duplo eius qd fit ex. b.a.i.a.d. sed perpendiculare quadrat. a.c. est equale quadratis. a.d. et d.c. ergo quadratum. b.c. est equale quadratis duarum linearum. b.a. et c.a. et duplo eius qd fit ex. b.a.in.a.d. quare. b.c. tanto amplius potest duabus linearibus. b.a. a.c. quantum est duplum eius. qd fit ex. b.a.in.a.d. Jam enim diximus qd tantum dicitur posse linea quelibet quantum in se ducta producitur quod est propositum.

Propositio .13.

Mensis oxigonij tanto ea que acutum respicit angulum ambo lateribus angulum acutum continentibus minus potest: quantum est qd bis continetur sub uno eorum cui perpendicularis intra superstet: eaqz sui parte: que perpendiculari anguloqz acuto interierat.

Quod hic proponitur de latere subtento alicui angulo acuto in triangulo oxigonio veritatem habet de latere subtento cuilibet angulo acuto in omni triangulo sine fiat orthogonius siue ambligoni siue oxigonius. **S**it ergo in triangulo a.b.c. quicunqz triangulus fuerit. angulus. c. acutus qui si fuerit oxigonius ducatur perpendicularis ab utroqz anguloz. a. vel. b. ad utrāqz basim. b.c. vel. a.c. quia cum sic fuerit semper cadet perpendicularis intra triangulum. Si autem sit ambligonus aut orthogonius ab angulo obtuso vel recto ducatur perpendicularis ad latum oppositū quā manifestū est cadere intra triangulum: et ut simpliciter dicam cum in omni triangulo sunt duo acuti anguli necessario erit alter reliquoqz angulorū. qui sunt. a. et b. acutus. Ducam igitur perpendicularē ad lineam illam que duobus


b 4



LIBER

acutis interiaceat. Sit ergo ut trianguli. a. b. c. angulus. b. etiam sit acutus ducā : ergo ad b. c. pp̄dicularē q̄ sit. a. d. que vt dictū est cadet intra triangulū. dico itaq̄ q̄ q̄ dratum. a. b. q̄ subtendit angulo acuto. c. tanto minus est duobus quadratis duarum linearū. a. c. z. c. b. quātū duplū eius q̄ sit ex. b. c. in. d. c. ¶ Vel dico q̄ quadratum. a. c. q̄ etiam subtendit angulo. b. quē posuimus acutum quicquid fuit de angulo. a. tanto minus est duobus quadratis duarum linearum. a. b. z. b. c. quātū est duplū eius q̄ sit ex. c. b. in. b. d. Erit enim per. 7. huius quadratū. b. c. cum quadrato. d. c. equale ci quod fit ex. b. c. in. d. c. bis & quadrato alterius p̄tis sc̄z. b. d. quare addito vtriq̄ quadrato. a. d. erit quadratū. b. c. cū quadratis duarum linearum. a. d. z. d. c. equale quadratis duarum linearum. a. d. z. d. b. & duplo eius quod fit ex. c. b. in. c. d. At quia per penultimam primi quadratum. a. c. est equale quadratis duarum linearum. a. d. z. d. c. erit quadratum. b. c. cum quadrato. a. c. e. quale quadratis duarum linearum. a. d. z. b. d. & duplo eius quod fit ex. b. c. i. c. d. sed per eandem penultimam primi quadratum. a. b. equū est quadratis duarum linearum. a. d. z. b. d. ergo quadratum. b. c. cum quadrato. a. c. equum est quadrato a. b. & duplo eius q̄ sit ex. b. c. i. c. d. quare tanto min⁹ potest. a. b. duobus laterib⁹ b. c. z. a. c. quantū est duplū eius quod fit ex. b. c. in. c. d. quod est propositū. Simili modo probabis latus. a. c. q̄ subtendit angulo. b. acuto posse tanto min⁹ duobus lateribus. a. b. z. b. c. quantum est duplū eius : quod fit ex. c. b. in. b. d. ¶ Notādū aut̄ per banc & precedentē & penultimam primi: q̄ cognitis lateribus omnis trianguli cognoscit arca ipsius & auxiliantibus tabulis de corda & arcu cognoscitur omnis eius angulus.

Propositio .14.



Ato trigono equum quadratum describere.
¶ Sit datus trigonus. a cui nos volumus equum quadratū describe re. Designabo superficiē equidistantium laterum & rectorum angulorum equalēm trigono dato fin quod docet. 42. primi: sitq̄ superficiē illa. b. c. d. e. cuius si latera fuerint equalia habemus q̄ querim⁹. ipsa enī erit q̄drata. p̄ diffinitionē Si aut̄ latera sint ineq̄lia tūc adiūgā min⁹ ipso rum laterū maiori fin rectitudinē. sitq̄ linea. e. f. equalis minori duoz̄ laterū q̄d ē c. e. adiuncta maiori quod est. b. c. fin rectitudinē. Totam. b. f. dividam per equalia in p̄ncto. g. & facto. g. cētro sup linea. b. f. fin quātitatē linee. g. b. describam se micirculū. b. b. f. & latus. c. c. pdūcā vsquequo fecerit circūferentia in p̄ncto. b. dico q̄ quadratū linee. c. b. est equale trigono dato. Producā lineā. g. b. & q̄ linea. b. f. divisa ē p̄ equalia in. g. & p̄ inequalia in. c. erit p̄. 5. hui⁹ q̄ sit ex ductu. b. c. i. c. f. cū q̄drato. c. g. equale q̄drato. g. f. quare & quadrato. g. b. quare per penultimā pri mi & duobus quadratis duarum linearum. g. c. z. c. b. ergo dēmpto vtriq̄ quadrato. c. g. erit q̄ sit ex. b. c. in. c. f. q̄d est equale superficie. b. e. eo q̄. e. f. ē equale. c. e. equale quadrato linee. c. b. quare quadratū linee. c. b. ē equale trigono. a. q̄d ē propositū: ¶ Et nota q̄ p̄ hoc inuenit lat⁹ tetragonū cuiuslibz altera pte lōgioris & simpliciter omnis figure rectis lincis cōtentē quecūq̄ fuerit. qm̄ omnē figurā talē in triangulos resoluēm⁹ & cuiuslibz illoz triangulorum inueniem⁹ tetragonū latus fin doctrinam istius. & inneniemus per penultimam primi. lineam unam que possit in omnia latera tetragonica inuenta. verbi gratia volo nunc inuenire latus tetragōnicū rectilinee figure irregularis. a. b. c. d. c. f. resoluo eam. in. 3. triangulos qui sūt

II

a.b.f.c.d.e.z.c.f.e. Inuenio quoq; h̄m doctrinam istius tria latera tetragōnica istoꝝ trium triangulorum qui sunt.g.b.b.k.z.k.l:z erigo.h.k.perpendiculariter super.g.b.z produco.g.k.eritq; per penultimā quadratum primi.g.k.equale qua dratis duarum linearum.g.b.z.h.k.z tertium latus.k.l.erigo perpendiculariter super lineam.g.k.z produco lineam.g.l.eritq; per penultimam primi.g.l.latus te tragonicum totius figure rectilinee proposita. Explicit liber secundus. Incipit liber tertius.




Quoꝝ diametri sunt egleſ. ipsos circulos eq; les esse. Maiores aut̄ quoꝝ maiores z minores quoꝝ minores. Circulū linea p̄tin gere dicitur: que cū circulū tangat in vtrāq; partē eiecta. circulū non secat. Circuli ſele contingere dicunt qui tangentes ſeiniucem non ſecant. Recte linee in circulo equaliter distare dicunt a centro. cū a centro ad ipſas ducte perpendiculares fuerint equalcs. Plus vero distare a centro dicunt. in quā perpendicularis longior cadit. Recta linea portionū circuli cōtineſ corda noiaſ. Portio vero circūferentie arc⁹ nūcupat. Angulus aut̄ portionis dicit q; a corda z arcu continet. Supra arcū angulus consistere dicit. qui a quolibet pūcto arcus ad corde terminos duabus rectis lineis exentiib⁹ cōtinet. Sector circuli est figura q; sub duab⁹ a cētro ductis lineis z sub arcu qui ab eis cōprehendit cōtinet. Angulus aut̄ qui ab eis lineis ambitur supra centrū cōſistere dicit. Siſes circuloꝝ portiones dicunt i quib⁹ qui supra arcum consistunt anguli ſibi innicē ſunt egleſ. Arc⁹ quoq; ſimiles ſunt qui' equos angulos predicto modo ſuſcipiunt.

Propositio .1.

Circuli p̄positi cētrū inuenire. vñ manifestū ē q; duab⁹ rectis lineis in eodē circulo apud circūferētiā termiatis neutra illaz alterā per egleia orthogonalr ſecat niſi ipſa ſuper centrum tranſierit.

Sit circulus p̄positus.a.b.c.cuius volumus centrū inuenire. duco in ipſo circulo linea. a.c. qualitercūq; contingat quā diuido per equalia i pūcto d.a quo duco perpendicularē ad linea. a.c. quā applico circūferentie ex vtraq; pte. ſi q; e.d.b. quā rursus diuido p̄ egleia in pūcto. f. quē dico eſſe centrū circuli. Si enī nō ē: erit aut̄ alibi aut̄ i linea. e.b. aut̄ extra. In linea. e.b. nō: ſi enī fuerit i ea vt i pūcto. g. erit linea. e.f. maior linea. e.g. p̄ ſidelz toto qđ est ipſibile. Qđ ſi fuerit extra linea. e.b. ut in pūcto. h. ducant linee. h.a.b.d.b.c.z q; latera. b.d.z d.a. trianguli. b.d.a ſūt egleia laterib⁹. b.d.z d.c. trianguli. b.d.c.z basis. b.a. ba ſi. b.c. erit p̄. primi angul⁹. a.d.b. egleis angulo. c.d.b. q̄re vterq; rect⁹ z q; angul⁹. a.d.b. ſuit etiā rect⁹ erit. a.d.b. egleis. a.d.b.p̄. 3. petitione p̄mi p̄ ſi videlicet to ti qđ ē ipſibile. nō ē ergo cētrū dati circuli alicubi quā i pūcto. f. qđ ē p̄positū.



LIBER

Propositio .2.

Super circuli circūferentiam duobus punctis signatis. linēam rectam ductam ab altero ad alterum. circulum seca re necesse est.

C sit vt in circūferentia circuli. a.b. cuius centruz sit. c. signata sint duo puncta que sunt. a.z.b. dico q̄ linea recta coniūgens vnū cum cum altero secabit circulum. Alioquin cadet extra circulum: sitq; a.e.b. linea recta si possibile est: producā lineas. c.a. z.c.b. erūtq; per. s. prīmi: angulus. c. a.b. z.c. b. a. equales: protraham itē lineā. c.e. que secet circūferentiam in punto. d. eritq; per. 16. prīmi: angulus. a.e.c. maior angulo. c.b.e. quare maior angulo. c.a.e. quare per. 18. eiusdem latus. a.c. maius latere. c.e. z quia. c.d. est equalis. c.a. erit. c.d maior. c.e. pars toto quod est impossibile: quia ergo linea coniungens duo pūcta a.b. non transibit extra circulum secabit ipsum quod est propositum.

Propositio .3.

Si lineam intra circulum preter centrum collocatam. alia a centro veniens per equa secet. orthogonaliter sup eam insistere. z si in eam orthogonaliter steterit. eam p̄ equa/ lia diuidere necesse est.

C sit vt lineam. a.b. collocatā intra circulum. a.b. cuius centrum sit c. linea. c.d. venies a cetro diuidat p̄ eq̄lia: dico q̄ diuidit eam orthogonaliter. z e conuerso videlicet si diuidit eam orthogonaliter diuidit eam per equalia: producā lineas. c.a. z.c.b. z ponā primo q̄ diuidat cā per eq̄lia: erūt ergo duo latera. c.d. z.d.a. trianguli. c.d.a. equalia duobus lateribus. c.d. z.d.b. trianguli. c.d.b. z ba/ sis. c.a. basi. c.b. ergo per. 8. prīmi: angulus. d. vnius est equalis angulo. d. alterius quare vterq; rectus: quare. c.d. est perpendicularis super. a.b. qd̄ est propositum.

Ponam iterum q̄. c.d. sit perpendicularis super. a.b. z ostendam q̄ ipsa diui/

dit. a.b. per equalia erit enim. ppter hanc positionē vterq; anguloz qui sunt ad. d

rectus quare vnius equalis alteri. At q̄ p̄. 5. prīmi angulus. c.a.d. est equalis an/

gulo. c.b.d. z latus. c.a. eq̄le lateri. c.b. per. 26. prīmi: eiusdem erit linea. a.d. equa/

lis linee. d.b. quod est propositum.

Propositio .4.

Si intra circulum due linee se inicem secent. z super cen/ trū non transeat. nō per equalia eas secari necesse est.

C sit vt in circulo. a.b.c.d. cui⁹ centruz sit. e. due linee. a.c. z.b. d. se/ cent se in pūcro. f. z vtraq; eaz vel altera non trāseat per centru. dico q̄ ipse nō diuidunt sese p̄ equalia: ita q̄ vrraq; p̄ equalia diuidat ab altera. **Q**d̄ si fuerit hoc possibile: ponāt z sic primo vt neutra trāseat p̄ centrum a centro. e. producā linea. e.f. eritq; p̄ primā premisse vnlusquisq;. 4. anguloz. qui sunt. a.f.e.e.f.c.b.f.c.z.c.f.d.rect⁹ qd̄ ē impossibile: sic enī rect⁹ es̄ et minor recto.

C sit igit̄ vt altera eoz trāseat p̄ centru z altera nō: sitq; b.d. trāsicns per centrum




ad huc dico q̄ nō diuidunt sese per equalia: qd̄ si sic. tunc p̄ primā pte premisse: cū

b.d. ducta a centro diuidat. a.c. per equalia diuidat eā orthogonaliter. quare etiā

a.c. diuidet. b.d. orthogonaliter: z q̄ diuidit. a.c. ipsā. b.d. p̄ eq̄lia vt ponit aduer-

sarius: ipsa transibit per centrum p̄ corollarium prime huius: quare ambe tran-

scunt per centrum quod est contra ypothesim.



III

Propositio .5.



Irculorum se inuicem secantium centra diuersa esse.
Csint duo circuli. a.c.b.a.d.b. secantes se super duo puncta. a. z. b
Dico q̄ eorum sunt diuersa centra. **S**i enim haberet idem cētrum
ipsū erit per diffinitionē in portione vtriqz círculo cōmuni: sitqz illud
e. z ducantur linee. e.a. z.e.f.c.eruntqz p diffinitionē due linee. e.a. z
e.f. equales. **I**temqz per diffinitionem due linee. c.a. z.e. c. equales: quare e.f.
est equalis. e.c. cum vtraqz earum sit equalis. e.a. pars videlicet toti qđ est impos/
sibile.

Propositio .6.






Irculorum se se contingentium nō idem centrum esse ne/
cessē est.
Csint duo circuli. a.b. z.a.c. contingentes se in punto. a. Dico q̄
eorum sunt diuersa centra. Si enim habuerint idem centrum erit p
diffinitionem inter minorem eoz cum minor positus fuerit itra ma
iorē: sitqz ipsum. d. z ducantur linee. d. a. z. d. b. c. eruntqz per diffinitionem vtraqz
duarum linearum. d.b. z. d.c. equalis. a.d. qđ est impossibile. **D**e círculis autem
se contingentibus extra quorum scz unus est extra alterū: manifestum est per diffi
nitionem centri qđ ipsi non habent idem centrum.

Propositio .7.



Sin diametro círculi punctus preter centrum siguetur: z
ab eo ad círcūferentiam linee plurime ducātur que super
centrum transierit omnium erit longissima. que vero dya
metrum perficiet omnium erit breuissima. que autem cen
tro proxime ceteris longiores. **Q**uanto vero a centro
remotiores tanto breuiores esse conueniet. **D**uas quoqz equidistā
tes linee breuissime collaterales equales esse necesse est.

Csit vt in diametro. a.f. círculi. a.b.c. cuius centrum sit. b. sit signatus punctus
k. preter centrum a quo ducantur plurime linee que sunt. k.a. k.b. k.c. k.d. k.e. k.
f. k.g. ad círcūferentiam: z transeat. a.k. per centrum. b. z. k.f. sit complemētum
dyametri: sitqz vt. k.e. z. k.g. equidistant a.k.f. hoc est dicere vt angulus. e.k.f. sit
equalis angulo. f.k.g. dico q̄. k.a. est omnium longissima. z. k.f. omnium breu/
issima: alie vero tanto lōgiores quanto cētro ppinqiores: vt. k.b. est longior. k.c. z
k.e. est longior. k.d. z. k.d. longior. k.e. z. k. e. z. k.g. sunt equales: quia enim in
triangulo. b.k.b. duo latera. b.b. z. b.k. per. 20. primi: sunt maiora latere. b. k. et
ipsa sunt equalia linee. a.k. erit. a.k. maior b.k. z eadem ratione maior omnibus
alijs z hoc est primum. **I**temqz quia in triangulo. e.b.k. duo latera. b.b. z. k. e. per eandem sunt
maiora latere. b.e. quod est equale linee. b.f. ipsa erit ma
iora linea. b.f. ergo dempta communi linea que est. b.k. remanebit. k.e. maior
k.f. eadem ratione quelibet aliarum erit maior ipsa z hoc est secundum. **I**teqz
qz duo latera. b.b. z. b.k. trianguli. b.b. k. sunt equalia duob⁹ laterib⁹. c.b. z. b.k




LIEBR

trianguli.c.b.k.z angulus.b.b.k.ē maior angulo.c.b.k. erit p.24.primi basis .b. k.maior basi.k.c.eadē rōne.k.c.maior crit.k.d.z.k.d.maior.k.e. z hoc ē tertium
Cqd si due linee.k.g.z.k.e.nō sunt equeales erit altera maior:sitqz.k.g. de q su/ mam.k.l.equalem.k.c.z producā.b.l.quousqz secet circumferentiam in puncto.m. z q: per ypothesim angulus.g.k.f.ē equalis angulo.f.k.e.erit per.13.primi:angu lus.l.k.b.equalis angulo.c.k.b.z duo latera.l.k.z.k.b.trianguli.l.k.b. sūt equa lia duobus laterib⁹.c.k.z.k.b.trianguli.c.k.b.ergo p.4.primi basis.b.l. est equa lis basi.b.e.z qr.b.m.est equalis.b.e.erit.b.m.equalis.b.l.qd ē impossibile.sunt ergo due linee.k.g.z.k.e.equeales qd est nostrū propositum.quartum

Propositio .8.

Sextra circulum punto signato ab eo ad circumferenti/ am linee plurime ducantur circulum secando.que super centrum transierit omnium erit longissima. **C**Centro au tem propinquiores ceteris remotioribus lōgiores. **C**Li nee vero partiales ad circumferentiaz extrinsecus applica te:ea quidem que diametro in directum adiacet omnium est minima. eiqz propinquiores remotioribus breniores. **C**Due vero que linee breuissime vtrūqz eque propinquāt equeales sunt.
CSit vt in puncto.a.assignato extra circulū.b.c.d.cuius centrum sit.n. ducatur plurime linee ad circumferentiam secando circulum que sint.a.k.n.b.a.b.c.a.g.d. z.a.f.e.Dico q.a.b.transiens per centrum omnī erit longissima.z q.a.c.ē ma/ ior.a.d.z.a.d.maior.a.c.z q.a.k.ē omnī breuissima extrinsecaz: z q.a.b. est minor.a.g.z.a.g.minor.a.f.z dico q si ducatur.a.l.ita q ipsa z. a.b. equalis di/ stent ab.a.k.hoc est q angulus.k.a.b.sit equalis angulo.l.a.k.ipse erūt equeales
CProducā eni a cetro.n.lineas.n.c.n.d.n.c.n.f.n.g.z n.b.erūtqz per.20.primi duo latera.a.n.z.n.c.trianguli.a.n.c.maiora.a.c.z qr ipsa sunt equalia linee.a.b erit.a.b.maior.a.c.eadē ratione crit maior omnibus alijs qd est p:imum.z quia duo latera.a.n.z.n.c.trianguli.a.n.c.sunt equalia duobus lateribus.a.n.z.n.d. trianguli.g.n.d.z angulus.a.n.c.est maior angulo.a.n. d. erit per.24.primi:basis.a.c.maior.basi.a.d.z eadē rōne erit.a.d.maior.a.e.qd est scdm.
CItēqz quia in triangulo.a.n.b.duo latera.a.b.z.n.b.sunt maiora.a.n.per.20.primi.z.b.n. ē equalis.n.k.erit per communē sciām.a.b.maior.a.k.eadem rōne quilibet extrinse/ cus applicataz maior erit.a.k.qd est tertiu. **C**Item quia per.21.primi:due linee a.b.z.b.n.sunt minores duabus lineis.a.g.z.g.n.z.b.n.est equalis.g.n.erit per communē scientiam.a.g.maior.a.b.eadem rōne erit.a.f.maior.a.g.qd ē quar/ tum.
CQd si.a.l.non sit equalis.a.b.cum ipse sint equaliter distātes ab.a.k.erit altera maior:sitqz.a.l.ponam ergo.a.m.equalem.a.b.z producam.n.o.m. quia ergo duo latera.m.a.z.a.n.trianguli.m.a.n.sunt equalia duobus laterib⁹.b.a.z a.n.trianguli.b.a.n.z angulus.m.a.n.est equalis angulo.b.a.n.erit per.4.pr/ mi:basis.m.n.equalis basi.n.b.z quia.m.o.est equalis.n.b.erit.n.o.equalis .n. m. pars videlicet toti qd est impossibile z hoc est quintū

Propositio .9.



III

Si intra circulū puncto signato. ab eo plures qz due linee ducte ad circūferentiam fuerint equales. punctū illud cētrum circuli esse necesse est.

gulo. d. alterius: quia vterq̄ rectus: erit per quartā primi. f. a. equalis. f. b. cadē ra
tione erit. f. a. equalis. f. c. cōparatis lateribus z angulis duorum triangulorum. a. e.
f. z. c. e. f. ergo per. 9. tertii punctum. f. erit centrum circuli quesiti. bec est vniuersa
lis demonstratio ad omnes sp̄es trigoni. C_Quiam tamē auctor videt velle mediuz
variare disiungendo inter orthogonium amblygonium. z oxigonium. de quolibet
eorum sigillatū est demōstrandū. C_Sit ergo trigonus propositus orthogonius
sitqz angulus. a. rectus: latus. b. c. respiciens bunc angulū rectū diuido per equalia
in. f. a quo p̄ncto quē dico esse centru circuli ad medium punctum viriusqz duo⁹
reliquoz lateroz qui sit. d. duco lineam. f. d. z quia linea. f. d. dividit duo latera. a. b
z. b. c. trianguli. a. b. c. per equalia: ipsa erit equidistans tertio. videlicet linee. a. c.
hoc eni demonstratū est supra. 39. primi: et quia angulus. a. positus est rectus. erit
per secundā partem z per tertiam. 29. primi: vterq̄ angulorum qui sunt ad. d. re
ctus: ducatur igit̄ linea. f. a. eritqz per quartā primi: linea. a. f. equalis linee. b. f. cō
paratis adiuvicē laterib⁹ z angulis trianguloz. a. d. f. b. d. f. z qr linea. b. f. ē eq̄lis
linee. c. f. erūt. 3. linea. b. f. a. f. c. f. adiuvicē eq̄les. quare p. 9. tertii erit. f. centrum
circuli quesiti. C_Sit rursus trigonus. a. b. c. ambligonius. sitqz angulus. a.

III.

obtusus latius. b. c. respiciens hunc angulum obtusum. dividido per equalia in puncto. b. a quo ad media puncta duorum reliquorum laterum que sunt. d. e. e. c. d. b. equidistans. a. c. e. b. c. equidistans. a. b. propter id quod demonstratum est supra. 39. primi; videlicet q̄ linea secans duo latera alicuius trianguli per equalia. tertio est equidistans: quare per secundam partem. 29. primi erit uterque duorum angulorum. b. d. b. e. c. b. e. q̄litis angulo. a. et ideo uterque obtusus. ductis igitur perpendicularibus. d. f. ad lineam. a. b. et. e. f. ad lineam. a. c. quousque concurrant in puncto. f. quē dico esse centrum circuli. Manifestū ē enī eas concurrere propter causā p̄us dictā. secabit utraq̄ carum lineam. b. c. que respicit obtusum et concurrent extra triangulum. a. b. c. igitur a puncto. f. qui ē punctus concursus earum: produco lineas. f. a. f. b. f. c. que per quartam primi bis assūptam erunt equales comparatis primo lateribus et angulis duorum triangulorum. a. d. f. b. d. f. deinde aliorum duorum. a. e. f. c. e. f. quare per. 9. tertii. f. ē centrum circuli quesiti. **C**esto iterum ut trigonus. a. b. c. sit oxigonius divisus omnibus eius lateribus per equalia: videlicet latus. a. b. in puncto. d. et latus. a. c. i. puncto. e. et. b. c. in puncto. b. protraho lineas. d. e. d. b. e. e. b. erit uterque d. b. equidistans a. c. e. b. a. b. propter id quod demonstratum est super. 39. primi: quare per secundam partem. 39. primi: uterque angulorum. b. d. b. c. e. b. erit equalis angulo. a. et ideo acutus: ductis igitur perpendicularibus. d. f. ad lineam. a. b. e. f. ad lineam. a. c. manifestum est eas concurrere intra triangulum. a. b. c. sitq̄ punctus concursus f. quem dico esse centrum circuli: produco enim lineas. f. a. f. b. f. c. que per quartam primi: bis assūptam ut prius erunt equales: quare per. 9. tertii erit. f. centrum circuli quesiti. **C**Per predicta patet q̄ si triangulus fuerit orthogonius centrum circuli circumscribendi cadet in medio lateris quod opponitur angulo recto. Si fuerit ambiligonius centrum cadet extra triangulum. Si autem fuerit oxigonius cadet intra triangulum.

Propositio .6.




Intra datum circulum quadratū describere.

Csit datus circulus. a. b. c. d. cuius centrum. e. volo intra ipsum describere quadratū. protraho in ipso duas diametros. a. c. et. b. d. secantes se orthogonaliter supra centrum. e. quarum extremitates coniungo protractis lineis. a. b. b. c. c. d. et. d. a. quas dico continere quadratum quesitum: ipse enim erunt equales ad innicem. per quartam primi ter assumptam propter id qđ quatuor linee. e. a. e. b. c. c. e. d. sunt equales. et quatuor anguli qui sunt. a. d. e. recti. si unusquisque quatuor angulorum. a. b. c. e. d. est rectus per primam partem. 30. tertii: propter id quod quilibet eorum ē in semicirculo erit igitur. a. b. c. d. quadratum per definitionem quod est propositum.




Propositio .7.

Circa propositum circulum quadratum describere.

Csit propositum circulum. a. b. c. d. cuius centrum. e. volo circa ipsum describere quadratum: protraho in ipso duas diametros. a. c. et. b. d. secantes se ortho-



LIBER



sonaliter sup' ceterū. c. a q̄z extremitatibus duco i' vñāqz pte lineas orthogonalizēr quousqz q̄libet eaꝝ pcurrat cū duabꝝ lateralibꝝ sintqz pūcta p̄cursus eaꝝ. f. g. h. k. eritqz p coroll. 15. tertij vterqz anguloꝝ qui sūt ad vñūquēqz quatuor pūctoz. a. b. c. d. rectus: quia ergo in quadrilatero. a. f. b. e. tres anguli. a. b. z. c. sunt recti: erit quartus angulus qui est. f. rectus: habet enim quodlibet quadrilaterum quatuor angulos equales q̄tuor rectis: vt demonstratum est supra. 32. primi: eadem rōne quilibet angulorum. g. b. z. k. erit rectus: ergo per secūdam partem. 28. primi. due linee. f. g. z. k. b. Itemqz due. f. k. z. g. b. sunt equidistantes. ergo per. 34. primi. f. k. est equalis. g. b. z. f. g. k. b. z quia p candē. f. k. est equalis. b. d. z. f. g. a. c. At vero b. d. est equalis. a. c. erit quatuor linee. f. k. g. b. f. g. z. k. b. equalis: sed z quatuor anguli. f. g. k. h. sunt recti: vt probatum est prius. ergo. f. g. k. b. est quadratum per diffinitionē quod est propositum.

Propositio .8.

Atra quadratum assignatum circulum describere.
C sit quadratum assignatum. a. b. c. d. volo intra ipsum describere circuluz hec est quasi conuersa. 6. divido vñūqz latūs eius p equa līa. a. d. quidē in puncto. f. b. a. in puncto. g. c. b. in puncto. h. z. d. c. in puncto. e. z produco lineas. e. g. z. f. b. secantes se in pūcto. k. quē dico esse centrum circuli. erit enī. f. b. equidistans z equalis. a. b. per. 33. primi: ppter id quod. a. f. z. d. b. sunt equalis z equidistantes. Similiter per candem z. d. c. a. b. z quia omnes medietates quatuor laterū ipsius quadrati sunt adinuicē equalis erunt per. 34. primi: quatuor linee. k. e. f. k. g. z. k. b. equalis. ergo pcr. 9. ter/ tij. k. est centrum circuli quesiti.

Propositio .9.


Circa assignatum quadratum circulum describere.
C sit quadratum. a. b. c. d. volo circa ipsum circuluz describere. hec est quasi conuersa. 7. Protraho in ipso duas diametros. a. c. z. b. d. secantes se in puncto. e. quē dico esse centrum circuli. Cum enī linee a. d. z. a. b. sint equales erit per. 5. primi: anguli. a. d. b. z. a. b. d. e/ quales. z quia angulus. a. totalis est rectus. erit per. 32. primi: vterqz eorum medi etas recti. C Simili quoqz modo p̄babitur quilibet partialiū angulorum a predictis diametris z lateribꝝ quadrati contentorum esse medietatem recti quia igitur angulus. e. a. d. est equalis angulo. e. d. a. erit per. 9. primi: linea. e. a. equalis linea. e. d. eadem rōne erit. e. a. equalis. e. b. z. e. c. equalis. e. d. quare quia quatuor linee. e. a. e. b. e. c. c. d. sunt equales. erit per. 9. tertii e. centruz circuli que/ siti. quod est propositum.

Propositio .10.

Dum equaliñ laterū triangulum designare. cuīus vter qz duorum angulorum quos basis optinet. reliquo du/ plus existat.
Intentio ē describere vñū triangulū duū eq̄liū latez z tertii ineqlis cui' vterqz anguloꝝ q̄ sup lat' qd ē reliqz i eqle existūt ad tertiu du/ plus existat. Ad hoc aut faciēdū sumat. linea q̄libet q̄ sit. a. b. que dividat s̄m q̄ docet. ii. scđi in puncto. c. ita q̄ illō quod sit ex. a. b. i. b. c. sit equale quadrato. a. c.

III

factoq; puncto. a. centro hui ipsius quantitatem describatur circulus. b. d. e. intra
 quē per primam bivis coaptetur linea. b. d. equalis linea. a. c. et producantur due
 linee. d. a. d. c. dico triāgulū. a. b. d. ēē q̄lis pponit: circūscribat circul⁹ q̄ sit d. c. a.
 per. 5. huius triangulo. d. c. a. quia ergo linea. d. b. est equalis linea. a. c. erit quod
 fit ex. a. b. in. b. c. equale quadrato linea. b. d. quare per ultimam tertii. b. d.
 linea est contingens circulum. d. c. a. et per. 31. eiusdem angulus. c. d. b. est equalis
 angulo. c. a. d. posito ergo cōmuni angulo. c. d. a. erit totus angulus. b. d. a. equa/
 lis duobus angulis. c. a. d. c. d. a. sed per. 32. primi angulus. b. c. d. est eq̄lis eisdē
 quia extrinsecus ad ipsos. ergo angulus. b. d. a. est equalis angulo. b. c. d. et q̄ an/
 gulus. a. d. b. est equalis angulo. a. b. d. per. 5. primi: eo q̄ latera. a. d. et a. b. sūt e/
 qualia. erit angulus. b. c. d. c̄q̄lis angulo. c. b. d. ergo per. 6. primi: linea. c. d. est e/
 qualis linea. b. d. quare et linee. c. a. ergo per. 5. primi: angulus. c. a. d. est equalis an/
 gulo. c. d. a. quia ergo vterq; anguloꝝ c. d. b. et c. d. a. ē eq̄lis agulo. c. a. d. erit tot⁹
 angul⁹. b. d. a. dupl⁹ ad agulū. d. a. b. et iō angul⁹. a. b. d. sibi eq̄lis. dupl⁹ est etiā ad
 angulū. b. a. d. qđ est propositū. **C**orsan dicet aduersarius circulū. d. c. a. circūscri/
 ptum trigono partiali secare circulum. b. d. e in aliquo punto arcus. b. d. ita q̄ si/
 mul secabit lineam. b. d. vnde ipsa non erit circulo applicata. sicut in demonstra/
 tione supponitur. sed ipsum secans. Sit ergo si possibile est vt ponit aduersarius
 et a punto. b. ducatur ad ipsum circulum minorem contingens. b. f. et ducantur li/
 nee. f. a. f. d. eritq; per penultimā tertii qđ fit ex. a. b. in. b. c. equale quadrato. b. f.
 ergo. b. f. est equalis. b. d. quare per. 5. primi angulus. b. f. d. est equalis angulo. b.
 d. f. et quia per. 31. tertii angulus. b. f. a. est equalis angulo. a. d. f. erit angulus. b. d
 f. maior angulo. a. d. f. quod est impossibile. cum ipse sit pars eius. **C**alter possu/
 mus istud refellere et ostendere q̄ ille minor circulus nullo modo secabit linea. b. d
 corsan enim diceret q̄ secaret eam non secando arcum. d. b. maioris circuli. Si enī
 possibile est q̄ secet eam. sit hoc in punto. b. eritq; qđ fit ex. a. b. in. b. c. equale ei
 quod fit ex. d. b. in. b. b. **N**onstratum est enim supra penultimā tertii q̄ si ab ali/
 quo punto extra circulum signato quotlibet linee secantes ad circulum ducantur
 que sub totis et earum portionibus extrinsecis continentur. equalia sunt adiuvicē:
 et quia quod fit ex. a. b. in. b. c. est equale quadrato. b. d. erit qđ fit ex. d. b. in. b. b.
 equale quadrato. d. b. quod est impossibile per scđam scđi: quare cōstat p̄positum
CEt nota q̄ minor circulus necessario secabit maiorē et absindet ab eo arcū vnu
 equalē arcui. b. d. et maior absindet similiter ab eodem vnu arcum equalē ar/
 cui. d. c. Quod sic probat. si enim minor non secat maiorem. contingit ergo ipsum
 in punto. d. et quia per. 11. tertii circulorum se contingentium centra. et punct⁹ con/
 tactus sunt in linea vna. erit centru minoris circuli in linea. a. d. propter hoc q̄ in
 ea est centrum maioris et punctus contactus. ergo per. 17. tertii angulus. a. d. b. est
 rectus quare similiter et angulus. a. b. d. sibi eq̄lis ē rectus qđ ē impossibile. per. 32.
 primi: Secet ergo ipsuz in punctis. e. d. dico arcum. e. d. maioris esse equalē arcui.
 d. b. et arcum. e. d. minoris esse equalē arcui. d. c. p̄ducō lineas. d. e. c. e. et. e. a.
 eritq; per. 26. tertii unusquisq; quatuor angulorum qui sunt. d. e. c. e. a. d. a. c. et
 a. d. c. equalis alii propter id q̄ duo arc⁹. d. e. et. e. a. sūt eq̄les. p. 27. cōsdē q̄re to
 talis angul⁹. a. e. d. dupl⁹ ē ad angulū. b. a. d. et iō eq̄lis vtriq; angulorum. a. b. d.
 et. a. d. b. et q̄ angul⁹. a. e. d. ē eq̄lis angulo. a. d. c. p. 5. primi: p̄pter id qđ. a. e. et. a.
 d. sunt equales a cōtro ad circūfrentiam. erūt duo anguli. e. et. d. trianguli. a. e. d.



LIBER

equales duobus angulis. d. et b. trianguli. a. d. b. ergo per. 32. primi: reliquias an-
gulus. a. vnius est equalis reliquo angulo. a. alterius: ergo per. 25. tertii arcus. c. d.
maioris est equalis arcui. d. b. et per eandem arcus. e. d. minoris est equalis arcui. d.
c. et hoc est quod proponimus.

Propositio .11.



Natura datum circulus equilaterum. atqz equiangulū pen-
tagonum describere.

Cit datus circulus. a. b. c. volo intra ipsum describere pentago-
num vnu equilatez atqz equiangulū. designo triangulū vnu quales
premissa proponit. qui sit. 2. cui aliuz equiangulum intra datū circu-
lum describo. sicut docet secunda huius: qui sit. a. b. c. sitqz vterqz angulorum. a. b. c
z. a. c. b. duplus ad angulum. c. a. b. vtrūqz eorum dividitur per equalia ductis lineis
b. e. z. c. d. eruntqz per. 25. tertii. 5. arcus in quos. 5. puncta. a. d. b. c. e. dividunt cir-
culum adiuicem equalis. propter id qd quinqz anguli qui in dictos arcus cadunt
sunt adiuicem eqles. continuatis igitur illis quinqz puctis per lineas rectas que
sunt. a. d. d. b. b. c. e. z. c. a. erit pentagonus. a. d. b. c. e. inscriptus dato circulo
qualis proponitur: est enim equilaterus per. 28. tertii cu. 5. arc: quoꝝ eius quinqz
latera sunt corde: sunt ad iuvicem equales: et etiam equiangulus per. 26. eiusdem co-
ꝝ quinqz arcus. d. a. e. a. e. c. e. c. b. c. b. d. z. b. d. a. in quos anguli ipsius pentag-
oni cadunt sunt adiuicem equalis: sicqz constat propositum.

Propositio .12.

Inca propositum circulum pentagonum equilaterū atqz
equiangulum designare.

Cit propositus circulus. a. b. c. cuius centrū. f. volo circa ipsuz de-
signare pentagonū equilatez atqz equiangulum. supra circumferen-
tiam ipsius circuli quasi sim doctrinam premissa sibi inscripsissim pen-
tagonum quinqz puncta angularia norabo. que sunt. a. d. b. c. e. ad que cetera du-
cam lineas. f. a. f. d. f. b. f. c. f. e. et ab eisdem punctis educam perpendicularares ad
istas lineas in utrancz partem quoqz concurrant in punctis. g. h. k. l. m. eruntqz
hee linee contingentes circulum per corelarium. 15. tertii; et ad ista pucta concur-
sus ducam a centro lineas. f. g. f. h. f. k. f. l. f. m. Et quia monstratum est super pe-
nultima tertii qd si ab aliquo punto extra circuluz signato due linee contingentes
ad ipsu circulum ducant qd ipse erunt equalis. erit linea. g. a. equalis linee. g. d. et
b. d. b. b. et sic de ceteris. At qm quinqz arcus i quos quinqz puncta. a. d. b. c. e. di-
vidunt circulum. sunt adiuicem equalis. erunt per. 26. tertii quinqz anguli. a. f. d
d. f. b. b. f. c. c. f. e. e. f. a. consistentes super hos arcus in centro. f. sibi iuvicem equalis. Sunt autem duo latera. a. g. z. f. a. trianguli. f. g. a. equalia duobus lateribus
d. g. z. f. d. trianguli. f. g. d. et latus g. f. commune. ergo p. 8. primi: duo anguli eoru q
sunt. a. d. f. Itēqz duo anguli qui sunt. a. d. g. sunt adiuicem equalis. eadē rōne
duo anguli qui sunt. a. d. f. in triangulis. d. f. b. z. b. f. b. Itemqz duo qui sunt. a. d
b. sunt adiuicem equalis. Similiter quoqz singuli trium reliquoꝝ angulorū qui
sunt. b. f. c. c. f. e. e. f. a. et singuli triū. qui sunt. k. l. m. dividant per equalia. primi qui
dem per lineam. f. k. secundi per lineā. f. l. tertii vero per lineā. f. m. et quia huius tres
anguli qui sunt. b. f. e. c. f. e. f. a. sunt sibi iuvicem equalis et aliis duobꝝ qd sūt. a. f
d. z. d. f. b. equalis erunt eorum dimidia que sunt decē anguli facti in centro. f. ad-




III

inuicem equales. Quia igitur duo anguli. a. et f. trianguli. g. a. f. sunt equales duo / bus angulis. a. et f. trianguli. m. a. f. et latus. a. f. commune erit per. 26. primi angul^o g. vnus equalis angulo. m. alterius et latus. g. a. equale lateri. a. m. eadem ratiōe crit angulus. g. in triangulo. g. f. d. equalis angulo. b. in triangulo. d. f. b. et latus. g. d. equale lateri. d. b. quare quia. g. a. est dimidiū. g. m. et g. d. dimidiū. g. b. et g. a. et g. d. sunt equalia: erunt per cōm scientiā. g. m. et g. b. eorū dupla equalia. Simili / ter quoq; pbabim^o. g. m. esse equale. m. l. et m. l. k. et l. k. k. b. quare pēthagōn^o. g. b. k. l. m. est equilaterus. sed et equiangulus: cuz enī duo anguli qui sunt ad. g. sunt adiuicem equales. et duo qui sunt ad. m. similiter adiuicem cquals. et g. partia / lis. sit equalis. m. ptiali. vtricq; enī probatū est prius. erit per eandē cōm scientiā g. totalis equalis. m. totali. et eadem rōne pbabis equalitatem in ceteris angulis: quare est equiangulus. sicq; constat propositum.

Propositio .13.

Atra equilateruz atq; equiangulum pentagonum assi gnatum. circuluz describere.

CSi assignatus pentagonus equilaterus atq; equiangulus: quia de aliis nō est necessariū hoc esse possibile. a. b. c. d. volo sibi scribere circulū. hec est quasi cōversa. 11. duos eius ppiquos angulos qui sunt. a. et e. diuide per equalia ductis lineis. a. f. et e. f. donec cōcurrat in pūcto. f. i tra ipsum pentagonum quē dico esse centrum circuli: cōcurrent enim propter id quod dimidiū totalis anguli. a. et similiter totalis anguli. e. minus ē angulo recto. **C**Si enim intra pentagonum non cōcurrēt. aut extra ipsum pentagonum aut in latere pēthagoni. aut in eius angulo: qui vtricq; angulorū diuersorū opponitur. Concurrat s̄ primo extra in pūcto. f. et ducatur linea. b. f. et quia duo latera. e. a. et a. f. trianguli. e. a. f. sūt equalia duobus lateribus. b. a. et a. f. trianguli. b. a. f. et an gulus. a. vnius angulo. a. alterius erit per. 4. primi basis. e. f. equalis basi. f. b. et q; angulus. a. partialis ē equalis angulo. e. partiali. propter id qd. a. totalis. e. totali erit per. 6. primi. f. a. equalis. f. e. quare. f. a. est equalis. f. b. ergo per. 5. primi duo anguli. b. totalis. et a. ptialis sunt eqles. quare. a. ptialis ē eqlis v̄l maior. a. totali qd est impossibile. Concurrat ergo in pūcto. f. super latus. b. c. eritoq; arguendo p premissas et premisso modo angulus. a. ptialis equalis angulo. a. totali quod est impossibile. Quod si forsitan concurrant in angulo. c. erit per easdez et eodē modo c. b. equalis. c. a. et ideo ad huc ut prius angulus. a. partialis equalis angulo. a. to tali. Qd q; hoc ēē nō potest sit ergo punctus concursus qui ē. f. infra pentagonū a quo duco. s̄. perpendiculares ad eius. s̄. latera. que sint. f. g. f. b. f. k. f. l. f. m. e ad duos eius angulos. ppiquos altrinsecus angulis per equalia diuisis qui sunt. b. et d. duco lineas. f. b. f. d. et quia duo anguli. a. et m. trianguli. a. f. m. sunt equalis duobus angulis. a. et g. trianguli. a. f. g. et latus. a. f. commune erit per. 26. primi. f. m. equalis. f. g. per eandem quoq; probabis. f. l. equalis. f. m. sumptis duob^o tri angulis. et f. m. et e. f. l. quia iterum duo latera. a. f. et a. b. trianguli. a. f. b. sūt equalia duobus lateribus. a. f. et a. e. trianguli. a. f. e. et angulus. a. vnius. angulo. a:al terius erit per. 4. primi angulus. b. partialis equalis angulo. e. partiali. et quia. b. totalis equalis est. e. totali: et e. totalis diuisus est per equalia erit etiam. b. totalis diuisus per equalia. **C**Eodem modo probabis. d. totalē diuisum per eqlia ppter equalitatem. d. partialis et a. partialis sumptis triangulis. e. a. f. et e. d. f. q; ergo d



LIBER

Duo anguli. g. et. b. trianguli. g. f. b. sunt equales duobus angulis. h. et. b. trianguli h. f. b. et latus. f. b. coe erit per. 26. primi. f. b. equalis. f. g. **C**Exodem modo pbabis f. k. equalen. f. l. sumptis triangulis. l. f. d. k. f. d. qm igitur. 5. linee. f. g. f. b. f. k. f. l. et. f. m. sunt equales. erit. f. centru. circuli. per. 9. tertij. que describemus bin quatita tem vnius earum. et tanget omnia latera pentagoni. ppter. equalitatem linearu. et nullum eorum secabit per primam ptem. 15. tertij. sicqz costat ppositum.

Propositio .14.




Irrca datum pentagonum qd sit equilaterum. atqz equi angulum circulum describere.

Csit vt prius datus pentagonus equilaterus atqz equiangulus. quia de alijs non est necessariu hoc esse possibile. a. b. c. d. e. volo circa ipsum describere circulu. hec est quasi conuersa. 12. Duos eius p pinquos angulos qui sunt. a. et. e. diuido p equalia ductis lineis. a. f. et. f. e. quoniamqz concurrent intra ipsum pentagonu in puncto. f. co current eni et intra pentagonum ut pbatum est in premissa. et a punto co cursus duco ad reliquos angulos lineas que sint. f. b. f. c. f. d. et qz duo latera. a. f. et. a. b. trianguli. a. f. b. sunt equalia duobus lateribus. a. f. et. a. e. trianguli. a. f. e. et angulus. a. vnius angulo. a. alteri erit p. 4. primi. f. a. equalis. f. e. et angulus. b. ptrialis angulo. e. ptriali. et quia. b. tota lis est equalis. a. totali. et. e. totalis divisus est p equalia. erit similiter. b. totalis divisus p equalia. hoc quoqz modo pbabis vtriqz anguloz. c. et. d. dinisum esse per equalia. et. 5. lineas. f. a. f. b. f. c. f. d. f. e. esse equales. quare p. 9. tertij. f. erit centro. circuli. sicqz patet ppositum.

Propositio .15.

Ntra propositum circulum. exagonum equilaterum atqz equiangulum describere. **C**Ex hoc itaqz manifestum est p latus exagoni equu est dimidio diametri circuli cui inscribitur.

Csit ppositus circulus. a. b. c. d. cuius centrum. e. volo sibi inscribere exagonum equilaterum atqz equiangulum. pduco diametrum. a. e. c. et bin quantitate semidiametri. e. c. facto centro puncto. c. describo circulum. e. b. d. secantem priorē in duobus punctis. b. d. a quibus pduco duas diametros in circulo primo que sint. b. e. g. d. e. f. trium ergo diametroz extremitates coniungo. 6. lineas que sunt. a. f. f. b. b. c. c. d. d. g. et. g. a. quas dico continere exagonum quesitum. erit eni ut demonstrat prima priui vterqz trianguloz. b. e. c. c. e. d. equilaterus. quare et equiangulus p. 5. eiusdem ergo p. 32. primi duo anguli. b. e. c. et. c. e. d. cu vno equali vni eorum sunt equales duobus rectis. ppter id qd quisqz dox est tertia duorum rectorum. sed ipsi p. 13. eiusdem cu angulo. d. e. g. sunt equales duobus rectis. ergo angulus. d. e. g. e equalis vtriqz eoz. quare p. 15. eiusdem. 6. anguli. qui sunt ad. e. sunt adiuicē equales. ergo p. 25. tertij arcus in quos cadūt sunt equales. quare et eoz corde p. 28. eiusdem qui sunt latera ipsi exagoni. Equilater igitur est sed et equiangul p. 26. tertij. ppter id qd sex arcus in quos angularia puncta exagoni diuidunt circulum. binis supra sunt adiuicē equales. vt arc. a. f. b. arcu. f. b. c. et iō angulus. f. qui cōsistit in pmo ē eqlis angulo. b. qui cōsistit i scđo. idē in ceteris. quare costat ppositum. **C**orollarium ex hoc patet p dimidiū diametri et latus exagoni sunt




III

latera eiusdem trianguli equilateri. vt. c.c.z.c.b.z.c.d. **E**t nota q̄ non proponitur circa propositum circulum exagonum equilaterum atq̄ equiangulum designare. Nec intra talem exagonum aut circa talem circulum describere. quēadmodum fecit de triangulo quadrato et pentagono. non q̄ non sit necessariū hoc cē possibile. sed quia hec tria per eadem precepta sunt in pentagono equilatero et equiangulo. et in omni figura equilatera. atq̄ equiangula quecumq; fuerit. Unde quācumq; figurā equilaterā et equiangulā scimus circulo inscribere: candē circulo extra. et circulū sibi intra et extra: hisdem medijs per que hec in pentagono fecim⁹ describenus. **N**ota etiam q̄ omnis figura equilatera circulo inscripta. aut circumscripta est etiā necessario equiangula. de inscripta patet per. 27. 7. 26. tertij sumptis arcubus circuli. quibus latera inscripte figure corde sunt binis et binis. In his enim arcus ipsius figure anguli cadunt. De circumscripta autē ductis a circuli centro lineis ad omnes eius angulos. et ad loca cōtactus facile probabis. si plene intellece demonstrationi. 13. huius diligēs intellectus accesserit. erit enim vi omnes ipsi⁹ figure angulos linee a centro venientes p̄ equalia dividat. sumptis itaq; quibuslibet duobus eius p̄ximis lateribus cū linea ad angulū ab eis contentum. et cū duo bus ad eorū extremitates a centro venientibus duos triangulos ab eis cōtentos equiangulos adinnicē. p. 4. primi esse p̄babis. Sicq; faciendo de omnibus patchbit eos esse equiangulos p̄ banc cōmūnē sciam quoq; dimidia sunt equalia. tota quoq; esse equalia.

Propositio. 16.

Intra datū circulum. quindecagonum equilaterum atq; equiangulū designare. **D**einde circa quēlibet circulū assignatu⁹ quindecagonum equilaterum atq; equiangulum atq; intra datum quindecagonu⁹ circulū describere. **S**it datus circulus. a. b. c. volo sibi inscribere quindecagonu⁹ equilaterum et equiangulum. denide etiam circumscribere atq; intra talem quindecagonum p̄positum circulum describere. Non p̄ponit autem circa talem quindecagonum circulū describere. quia hoc satis dat intelligere p̄ alia que p̄ponit. In dato circulo iuxta doctrinā secunde huius. p̄traho latus trianguli equilateri. q̄ sit. a. c et iuxta doctrinā sc̄oi latus pentagoni equilateri atq; equianguli q̄d sit. a. b. Et quia arcus. a. c. est totius circūferentie tertia: cuius arcus. a. b. est quinta. erit superfluum inter eos q̄d est arcus. b. c. due tertie: arcus. a. b. vel due quinte arcus. a. c. siue due quindecimē totius circūferentie. Nam in omni toto excedit tertia quinta. in duabus tertijs ipsius quinte. vel in duabus quintis ipsius tertie. siue in duab⁹ quintis decimis totius. hoc enim patet in quinta et tertia p̄ini numeri habētis quintam et tertiam qui est. 15. eius enim tertia que est. 5. excedit eius quintam que ē tria in duabus vnitatibus que sunt due tertie ipsius ternarij qui ē quinta. vñl due quinte ipsius quinarij qui est tertia siue due quindecimē ipsius. 15. qui est totū. diviso igitur arcu. b. c. per eq̄. alia. in. d. patet ētrumq; duorum arcuum. c. d. et. d. b. esse tertiam arcus. a. b. vñl quintam arcus. a. c. siue quintādecimā totius circumferentie. subtensis igitur eis cordis. c. d. et. d. b. coaptatisq; continue intra datum circulum sibi equalibus per primam huius complebitur figura proposita. **C**etera vero duo que proponit cū tertio q̄ dat intelligere videlicet quindecagonu⁹ circulo

d 2




LIBER

circumscribere ac circulum quindecagono inscribere ac etiam circumscribere ex. 12. 13. 7. 14. huīus plene intellectis facile perficies. Et nota q̄ quamcumq; figuram equilateram circulo scimus inscribere duplo plurimum laterum circulo scimus inscribere et circuſcribere, et ipsi circulum, divisis enī arcibus quibus latera eius q̄ scitur inscribi subtendit. per equalia et a punctis medijs ad extremitates laterū ipsius figure ductis lineis fieri intra circulum figura duplo plurimum laterum que erit equi latera per. 28. tertij. ergo et equiangula. hoc enim demonstratū est supra. 15. huīus q̄ omnis figura equilatera circulo inscripta est etiam equiangula. Et quia hāc circulo scimus inscribere sciens cetera tria per. 12. 13. 7. 14. huīus. Quia igitur sciens inscribere triangulum equilaterum: sciens per hoc et exagonum et per exagonū duodecagonū ac per dodecagonū figuram. 24. laterum. et sic in infinitum duplando. Et licet per triangulum possit ut diximus inscribi exagonus. posuit tamen huīus propriā demonstrationē ex qua sequitur potissima p̄vtile. Et similiiter quia scimus et inscribere quadratum sciens per hoc inscribere omnem figurā cuius laterum numerus est pariter par. per pentagonum quoq; sciens decagonum. et figurā. 20. laterum. sicutq; continue duplando. idem quoq; intellige de quindecagono. per ipsum enim scientur figure. 30. et. 60. et omnium continue duplatoꝝ laterum. Ceterarum autem figurarum de quibus ista non docet. vel que p̄ has nō habent difficultis est scientia. et parū vtilis. ut sunt eptagona nonagona undecagona. Qd si scirem⁹ triangulū duū equaliū laterū designare. cuius vterq; angulorum ad basim triplus esset ad reliquū sciremus eptagonū ut supra pentagonum circulo inscribere. qd si vterq; quadruplus esset ad reliquū sciremus nonagonū. et si quintuplus. undecagonū. Idemq; in ceteris figuris imparium laterum. positio vtroq; anguloꝝ ad basim multiplici ad reliquū. per eum numerum qui est medietas. maximi paris sub impari numero laterum ipsius figure contenti.

Outū angulū in tria equa dividere. Sit angulus dat⁹. c. volo ipsū dividere in tres ecclēs angulos qd sic facio. pono p̄mo. c. centrū circuli describendo circulū q̄litterīq; cōtingat. et p̄trabo latera cōtinentia datū angulū v̄sq; quo secet cīcūferentiā in punctis. a. et. b. tunc a puncto. c. qd est centrū circuli duco linea. c. d. perpendicularis ad lineā. c. b. et in linea. c. d. assigno punctū. e. a quo duco lineam ad equalitatē. c. b. v̄sq; quo secet cīcūferentiā circuli in puncto. f. et pdico. e. v̄sq; a. deinde p̄trabo lineā. g. h. equidistantē. f. a. que sc̄z. g. h. transeat per centrū. et duco lineam. f. g. equidistantē linee. c. c. et p̄trabo lineam. c. b. incontinuū et directum v̄sq; ad. l. que secat lineā. f. g. orthogonaliter in puncto. o. et per equalia. dico ergo qd arcus. l. g. est equalis arcui. b. b. propter hoc. qd angulus. l. g. c. est equalis angulo. b. c. b. cū sint contra se positi. Cum igitur arcus. f. g. sit duplus arcui. l. g. erit etiā duplus arcui. b. b. sed arcus. f. g. est equalis arcui. a. b. cū sint inter duas lineas equidistantes que sunt. f. a. et. g. b. ergo arcus. b. a. est duplus arcui. b. b. ergo et angulus. a. c. b. est duplus angulo. b. c. b. dividam ergo angulum. a. c. b. per equalia per lineam. c. m. et patet propositum.

Intra datū circulū nonāgulū equilaterū atq; eq̄āgulū designare. qd sic fieri potest iuxta doctrinā sc̄de hui⁹. inscribā circulo assignato triangulū ecclētū atq; eq̄angulū q̄ sit a. b. c. et vñq;quēq; anguloꝝ ei⁹ dividā p̄ tria ecclia et p̄trabā lineas dividētes angulos v̄sq; ad cīcūferentiā et tunc qd nouē anguli locati in circulo sūt euales de necessitate arcus suppositi ipsis angulis sunt euales. p̄trabā enim



cordas subtractas singulis arcibus et habeo intentum. Explicit liber quartus
incipit liber quintus.

Diffinitio .1.

Ars est quantitas quantitatis minor maioris cum minor maiorem numeret.
¶ Pars quādoqz sumitur proprie: et hec est q aliquo tiens sumpta suum totum precise constituit: sine di minutione vel augmento: et dicitur suum totum numerare per illum numerum sūm quē sumitur ad ipsi totius constitutionē: talcm autem partem quā multi plicativā dicimus hic diffinit. ¶ Quādoqz sumitur cōmuniter et hec est q̄ libet quantitas minor q̄ quo tientiūqz sumpta suo toto min⁹ aut maius constituit. quā aggregatiū dicimus: eo q̄ cum alia quantitate diversa totum suū cōstituat: p se aut quotientiūqz sumpta fuerit non producat.

Diffinitio .2.

Multiplex est maior minoris quando eaz minor metitur.
¶ Pars relative dicitur ad totuz: et in istis duobus extremis consi stit eoz adinuicē relatio: et ideo diffinito minori extremo diffinit hic maius: vocat autez ipsum multiplex propter hoc q̄ minus ipsū aliquotiens sumptuz constituit: erunt igitur relative dicta adinuicē: pars et multiplex. Nā omnis pars submultiplex: vt patet per eius diffinitionē.

Diffinitio .3.

Proportio est duarum quantecunqz sint eiusdem generis quantitatū certa alterius ad alteram habitudo.
¶ Proportio est habitudo duarum rerum eiusdem generis adiunc tū in eo q̄ earuz altera maior aut minor: est reliqua vel sibi equalis. Non enim soluz in quantitatibus reperitur proportio. sed i pō deribus: potentijs et sonis. In ponderibus quidē et potētibus vult plato i thimeo esse proportionē: vbi elementorum numerū ostendit: in sonis autem esse propor tionem liquet ex musica. Nam vt vult Boecius in quarto si quilibet nervus in duas inequalēs partes dividatur. erit ipsaruz partiū suorumqz sonoz: eadem cōuer so modo proportio. Sz in quibuscunqz proportio reperitur: ea participant natūrā p̄prietatēqz quātitatis: nō enim reperitur in aliquibus rebus duabus nisi in eo q̄ earum una est reliqua maior aut minor. aut sibi equalis. ¶ Quantitatis autem p̄prium est sūm ipsam equale vel inequale dici. vt vult Aristo. in predicamentis. vnde liquet p̄portionē primo in quantitate reperiri. et per ipsam in omnibus alijs. Nec esse in aliquib⁹ rebus proportionē cui similis nō sit in aliquibus quantitatib⁹ p̄pter qđ bene dixit euclides. p̄portionē simpliciter esse in quantitate cum ea diffiniuit per habitudinem duarū quantitatū eiusdem generis adinuicem: ¶ Lui⁹ dif finitionis intellectus ē: q̄ proportio ē habitudo duarum quantitatū adinuicem que attenditur in eo q̄ una earum est maior aut minor alia vel sibi equalis: p qđ patet q̄ oportet eas esse eiusdem generis: vt duos numeros: aut duas lineas: aut duas superficies: aut duo corpora: aut duo loca: aut duo tempora. Non enī potest

d 3

LIBER

dici linea maior aut minor superficie. aut corpe nec tempus loco. sed linea. linea et superficies superficie. Sola enim uniuoca compabilia sunt. **C**Qd autem dicit certa habitudo non sic intelligas quasi nota vel scita. sed quasi determinata: ut sit sensus. Proportio est determinata habitudo duarum quantitatum: ita in qua determinata qd hec et non alia. Non enim est necessarium ut omnis habitudo duarum quantitatum sit scita a nobis: nec etiam a natura. **N**am proportio quedam est discretorum ut numeroz. quedam autem continuoz. In numeris autem minor est pars aut partes maiores ut demonstratur in septimo: quare et in eis omnibus est habitudo certa et nota. **C**at vero in continuis est proportio magis larga: est enim in eis ubi minor quantitas est pars: aut partes maioris: et talium omnium mediantibus numeris est proportio nota: que et rationalis dicitur. Dicuntur quo omnes tales quantitates comunicantes: quia eas una et eadem necessario metitur. unde et omnes numeri sunt comunicantes. omnes enim ipsos metitur unitas. Est etiam ubi minor non est pars: aut partes maioris et in talibus non est nota proportio. nec nobis nec nature. Dicunturque hec proportio irrationalis: et haec quantitates incomunicantes: unde fit: ut quecumque proportio reperitur in numeris reperiatur in omni genere continuorum: ut in lineis superficiebus corporibus et temporibus: non autem econverso: infinite enim sunt proportiones in continuis reperte: quas numerorum natura non sustinet. **S**ed quecumque proportio reperitur in uno genere continuoz eadem reperitur in oibus alijs. Nam qualitercumque se habet aliqua linea ad qualibet aliam: sic se habet quelibet superficies ad aliquam aliam. et quodlibet corpus ad aliquod aliud: similiter et tempus. sed non sic quilibet numerus ad aliquem aliud: unde magis est larga propotione in continuis. quod in discretis. Ex quo manifestum est proportionem geometricam esse maioris abstractionis: quod proportionem arithmeticam: omnis enim proportio circa quam arithmeticam versatur rationalis est: geometria vero rationales et irrationales equaliter considerat.

Dissimitio .4.



Propotionalitas est similitudo proportionum.

Cui si dicamus quoque est proportio. a.ad.b.ca est etiam c.ad.d. proportio quoque est inter. a. et b. similis est illi quoque est inter. c. et d. hec autem similitudo quoque ex istis proportionibus resultat dicitur proportionalitas.

Dissimitio .5.

Quantitates que dicuntur continuam habere proportionalitatem: sunt quarum eque multiplicia: aut equa sunt: aut eque sibi sine interruptione addunt aut minuunt.

CSupposita divisione proportionalitatis per continua et disconta divisionem diffinit membra dividenda. et primo continua uno ut verius dicimus: superposita divisione proportionalium per continua proportionalia et disconta: diffinit non continua proportionalitatem: nec discontiam: sed continua proportionalia et disconta. diffimitio autem continua proportionalitatis et disconta satis patet per diffimitio ne continua proportionalium et disconta. **L**otinna autem proportionalitas est cum quilibet quantitatuum eiusdem generis in qua proportione prima antecedit secundam in eadem que libet alias antecedit proximo consequenti. ut cum dicimus sicut se habet. a.ad.b. ita. b.ad.c. et c.ad.d. eritque quelibet earum antecedens et consequens: excepta prima que est solus antecedens: et ultima que est tamen consequens. Et in hac proportionalitate necesse est omnes quantitates esse eiusdem generis propter continuationem propor-





V

tionū eo q̄ nō sit p̄portio inter quantitates generum diuersorū: et hec erit ad min⁹ in tribus terminis constituta. ¶ Incōtinua autem est cū quatuor quantitatū siue omnes fuerint eiusdē generis siue due prime vnius et due postreme alterius: i qua proportione prima antecedit scđam in eadē tertia antecedit quartā: vt cū dicimus sicut se habet. a.ad.b.ita.c.ad.d.eritq̄ carum quelibet: aut t̄m antecedēs aut t̄m consequens: nec est necesse vt sint omnes quatuor eiusdē generis sicut erat in pro/ portionalitate cōtinua: eo q̄ cōsequēs prime proportionis nō cōtinuat antecedēti scđe: sed possibile est vt sint eiusdē generis: et possibile est vt sint diuersorū. Sicut enī contingit lineā repiri duplam ad lineam aut triplam: ita superficiem ad super/ ficiē: et corpus ad corpus: et tēpus ad tempus: et numerus ad numerū. ¶ Viso quid sit continua p̄portionalitas . et quid incōtinua explanemus diffinitionē continue p̄portionaliū premissam. Quantitates inquit proportionales cōtinue sunt quāz eq̄ multiplicitia aut sibi sunt eq̄lia: aut eq̄ sibi siue iterruptione addūt: aut minuūt verbi gratia. Sint tres quātitates eiusdē generis. a.b.c. ad quas sumant. d.e.f. eq̄ multiplicitia: vt sicut. d. est multiplex ad. a. ita. e. sit multiplex ad. b. et. f. ad. c. eritq̄ omnes in eodē genere. ¶ Multiplicitia enī et submultiplicitia in eodē sunt genere: sitq̄ vt. d.e.f. aut sint equalia adiuicē: aut sīl se habeant in addendo aut minuendo ita q̄ sicut. d. addit super. e. aut minuit ab ipso: ita. e. addat sup. f. aut minuat ab ipso. Lū hec inquā multiplicitia sic se habuerint erit tres quātitates. a.b.c. cōtinue p̄portionales. ¶ Multiplicitia autē nō intelligas sīl sic se habere in addēdo aut mi/ nuendo quantū ad quantitatē excessus: sed quantū ad proportionē: aliter enī dif/ finitio esset falsa. Nam quarūlibet quantitatū ciudē generis equis se differentijs excedentium eque multiplicitia accepta equis etiā differentijs se excedūt: vnde sīl se babent in addendo et minuendo quantū ad quātitatem excessus. Nec tamē prio/ res quātitates sūt cōtinue proportionales: imo minorū est semp maior proportionis. hoc autē idco enenit qm̄ eaꝝ multiplicitia nō sīl se excedunt quātitū ad proportionē: sed solū quantū ad quantitatē excessus: est enī et ibi in minoribus multiplicitib⁹ maior proportionis. Verbi gratia: sumant̄ tres numeri equis differentijs se exceden/ tes: immediate videlicet arismetice: vt. 2.3.4. horū trium omnes eque multiplices equaliter se excedunt. dupli quidē binario tripli ternario. et sic de ceteris: nō tamen sunt. 2.3.4. cōtinue proportionalia: imo minorū est maior proportionis: est enī ipsorum p̄portio sesquilatera: et maior sesquiteria: q̄ ergo inter eos nō est similitudo pro/ portionū. Nō erit inter eos p̄portionalitas: et iō neq̄ continua neq̄ incontinua. patet ergo similitudinē illam additionis aut diminutionis nō intelligi quantū ad quantitatē excessus: sed quantum ad proportionem: erit itaq̄ sensus diffinitio/ nis premissae. Continua proportionalia sunt quarū omnia multiplicitia equalia sūt continue proportionalia: sed noluit ipsam diffinitionē proponere sub hac forma quia tunc diffiniret idem p̄ idem: aperte tamē rei est istud cum sua diffinitione cō/ uertibile. Tres autem quantitates. a.b.c. oportet esse eiusdē generis ad hoc ut ea/ rum multiplicitia sibi inuicem equalia sint: aut similiter se habeant in addendo aut minuendo. Si enim. a. et. b. essent diuersorum generum. essent etiā. d. et. e. ipsarum a. et. b. multiplicitia eisdē diuersorum generum: propter hoc q̄ multiplicitia et sub/ multiplicitia eiusdē sūt generis: quare. d. nō esset equalis. e. nec ea maior: aut minor. Nam quantitates diuersorum generum non sunt adiuicem comparabiles.

Diffinitio .6.

d 4



LIBER



Quantitates que dicuntur eē sūm pportionē vñā prima ad se-
cūdā et tertia ad quartā sunt quaz prime et tertie multipli-
ces equales multiplicibus secūde et quarte equalibus fue-
rint similes vel additione vel diminutione vel equalitate
eodem ordine sumptae.



CPosita superi⁹ diffinitione quātitatū continue pportionaliū. hic ponit diffini-
tionē incōtinue pportionaliū: et ē q̄ quarūlibet. 4. quantitatū quaz prime et tertie
eque multiplicia sūpta fuerint: itēqz scđe et quarte eque multiplicia: fueritqz multi-
plex prime sic se habens ad multiplex scđe quantū ad additionē aut diminutionē
aut equalitatē: sicut multiplex tertie ad multiplex q̄rte: erit pportio p̄me earuz ad
scđam: sicut tertie ad q̄rtā. verbi grā. Sint q̄tuor quātitates. a.b.c.d. sumanqz ad
p̄mā et ad tertia que sunt. a.z.c.eq̄ multiplicia vt pote dupla: que sint. e.z.f. Itēqz
ad scđam et quartā que sunt. b.z.d. sumāl alia eq̄ multiplicia: vt pote tripla. q̄ sint
g.z.h. sitqz vt hec. 4. multiplicia sic sūpta cōpata adinuicem sūm ordinē primārm
quatuor quantitatū: ita videlicet q̄.e. cōpetur ad. g.z.f. ad. h. non autē. e.ad.f.
aut. g.ad.b. sint similia in additione diminutione et equalitate: videlicet q̄ si. e.ad
dit supra. g. et silr. f. addat supra. h. aut si. e. minuit. a.g.z.f. similiter minuat. ab.h
aut si. e. est equalis. g. et similiter. f. sit equale. h. tunc pportio. a.ad.b. est sicut. c
ad. d. similitudo autem in addendo aut diminuendo intelligatur hic sicut in diffi-
nitione cōtinue pportionaliū: videlicet nō quantū ad quantitatē excessus. sed q̄n
tum ad proportionē. **C**Qd̄ aut dicit eodē ordine sumpte intelligatur sicut exposi-
tum est: videlicet vt multiplicia non referantur adinuicem sūm ordinē earum quanti-
tatum: quibus eque multiplicia assumuntur. vt multiplex prime non referat ad mul-
tiplex tertie: aut multiplex scđe ad multiplex quarte. sed referatur sūm primū ordinē
ipsaqz. 4. quantitatū: videlicet multiplex prime ad multiplex scđe. et multiplex ter-
tie ad multiplex quarte. **C**Erit itaqz sensus istius diffinitionis. Incōtinue ppor-
tionales sunt quatuor quātitates et pportio prime ad scđam ē sicut tertie ad quar-
tam cū sumptis eque multiplicibz ad p̄mā et tertiam. Itēqz eque multiplicibz
ad scđam et quartā erit pportio multiplicis prime ad multiplex scđe: sicut multipli-
cis tertie ad multiplex quarte: sed nō diffinīt sub hac forma. propter cām predi-
ctā. licet a pte rci idē sit. Nō ē autē necessariū ut quatuor quantitates. a.b.c.d. sint
eiusdem generis: eo q̄.b. nō continuāt in proportionē: cum. c. sed possint eē due
prime vñis generis: et due sequentes alterius. p̄ qd̄ patet q̄ necesse est referri mul-
tiplex prime ad multiplex secunde: et multiplex tertie ad multiplex quarte. nō autē
multiplex prime ad multiplex tertie: aut multiplex scđe ad multiplex quarte q̄ non
semper sunt eiusdem generis. multiplex p̄me et tertie: nec multiplex scđe et q̄rte: sicut autē
necesse sumere eq̄ multiplices ad p̄mā et tertiam: itēqz eque multiplices ad scđam et
q̄rtam: et nō eque multiplices ad primā et scđam: et itē non eque ad tertiam et quartā
q̄z nisi p̄ multipliciū sūptionē cōtinuāt termini p̄me pportiois cū terminis scđe. nō
erit p̄ quid sit pportio. a.ad.b.sicut.c.ad.d.

Diffinitio .7.




Quantitates quarū pportio ē vna pportioales noīantur.
CPostquā diffinīt quantitates continue proportionales et incon-
tinue diffinīt quantitates pportioales simplē: et p̄ diffinitio.

Diffinitio .8.



Cum fuerint prime et tertie eque multiplices. Itemque secunde et quarte eque multiplices. addetque multiplex prime super multiplicem secundae. Non addet autem multiplex tertie super multiplicem quartam. dicetur prima maioris proportionis ad secundam quam tertia ad quartam.

Diffinitis quantitatibus proportionalibus diffinit quantitates in proportionales. Sunt autem in proportionales inter quas est similitudo proportionum quod colligit duplicitur aut quia major est propositio prima ad secundam quam tertie ad quartam: aut quia minor et ideo eius sunt due species. Prima quando maior est propositio primi ad secundam quam tertie ad quartum: et dicitur hoc maior proportionalitas. Secunda vero quoniam minor est propositio primi ad secundam quam tertie ad quartum: et dicitur minor proportionalitas. diffinit ergo eas inter quas est maior propositio primi ad secundam quam tertie ad quartam que est maior proportionalitas: diffinitione autem earum inter quas est minor propositio prima ad secundam quam tertie ad quartam non ponit quia ipsa patet ex alia. **C**um igitur fuerint .4. quantitates ad quarum primam et tertiam sumpta sint eque multiplicia. et ad secundam et quartam eque multiplicia et multiplicia prima et secunda relata adiuvices; non se habebunt similiter multiplicibus tertie et quartae relatis adiuvientem in additione diminutione et equalitate: ille .4. quantitates erunt imprudentes. **Q**uo si ita fuerit quod multiplex prima sit equale multiplici secundi. multiplex vero tertie sit minus multiplici quartae. Aut quod multiplex prima sit maius multiplici secundi. multiplex autem tertie sit equale. aut minus multiplici quartae. Aut quod multiplex prima sit maius multiplici secundi: et similiter multiplex tertie multiplici quartae: verutem mens plus excedit quantum ad proportionem non quantum ad quantitatem excessus. multiplex prima multiplex secundi quam multiplex tertie multiplex quartae. Aut quod multiplex prima sit minima multiplici secundi. et similiter multiplex tertie multiplici quartae. verutem minus minus quantum ad proportionem non quantum ad quantitatem excessus: multiplex prima multiplici secundi: quam multiplex tertie a multiplici quartae: erit quolibet istorum .4. modorum maior propositio prima ad secundam quam tertie ad quartam. Quatuor autem modis istis oppositis erit minor propositio prima ad secundam quam tertie ad quartam. Exempla autem istorum omnium evidenter sumuntur ex numeris. Additio ergo illa multiplicis prima super multiplex secundi. Non autem multiplicis tertie super multiplex quartae: de qua loquitur auctor in diffinitione: latitudinem habet ad istos .4. modos predictos et ipsos comprehendit. Vnde sensus istius diffinitionis est cum supertem sit multiplicib[us] ut proponit fuerit maior propositio multiplicis prima ad multiplex secundi quam multiplicis tertie ad multiplex quartae: erit maior propositio prima ad secundam quam tertie ad quartam: non diffinit autem sub hac forma propter causam quam prius dicta. Vnde possum dicere quod additione multiplicis prima super multiplex secundi: et non multiplicis tertie super multiplex quartae: de quo loquitur in prima diffinitione maioris proportionalitatis proprie accipitur prout verba diffinitionis sonant: et non se extendit nisi ad secundam quamtuor predictorum modorum: Iz reuera quilibet illorum quamtuor modorum sit maior propositio prima ad secundam quam tertie ad quartam vnde sensus illius diffinitionis est cum supertem sit multiplicib[us] ut proponit si multiplici prima excede maiori multiplici secundi: non sit necessarium quod multiplex tertie sit maius multiplici quartae: tunc erit maior propositio prima ad secundam quam tertie ad quartam. propter hoc autem non posuit reliquos tres additionis modos in predicta diffinitione: quod iste est illis omnibus magis planus: et ad dictam diffinitionem sufficiens. Nusquam



LIBER

enī est maior proportio prime. 4. quantitatū ad scđam qđ tertie ad quartam: quin contingat aliqua eque multiplicia ad primā et tertiam repiri. Que cum relata fuerint ad aliqua eque multiplicia scđe et quarte: innenietur multiplex prime addere super multiplex scđe: nō aut̄ multiplex tertie super multiplex quarte. Nec vñqđ contingit hoc reperire quin sit maior proportio prime ad scđam qđ tertie ad quartam ut de monstrabimus infra supra decimam huius. Possunt autem esse hec quātitates improportionales diuersorū generum sicut et quātitates incōtinue proportionales si inter eas fuerit incōtinua improportionalitas: ut si dicatur maior est proportio a.ad.b.qđ.c.ad.d. Si autem fuerit continua improportionalitas erūt oēs eiusdē generis necessario sicut sunt in continua proportionalitate. ut si dicatur maior est proportio a.ad.b.qđ.b.ad.c.

Dissinutio .9.

St autem proportionalitas ad minus inter tres termos constituta.

Postqđ auctor dissinuit pportionē pportionalitatē et qntitates pportionales et iportionales. ostēdit qđ sit minim⁹ numer⁹ termino rū inter quos proportionalitas potest cōsistere maximū autē nō ponit: quia illum nō cōtingit sumere: potest enim proportio quelibet continuari i terminis infinitis: siue fuerit rōnalis proportio siue irrōnalis. Ad proportionalitatē aut̄ exigunt ad minus due proportiones siles: eo qđ proportionalitas sit similitudo proportionū. Quelibet aut̄ proportio habet antecedens et consequēs: ergo qđ libet proportionalitas habet ad minus duo antecedēta et duo consequēta: hoc ē impossibile fieri in paucioribus qđ tribus terminis: in quibus medius eoz fieri antecedēs et consequēs: et iō proportionalitas erit p̄tinua: quare in trib⁹ terminis ad minus erit cōtinua proportionalitas cōstituta. Incōtinua aut̄ non erit i pauciorib⁹ qđ in. 4. eo qđ in ipsa quilibet termin⁹ ē tñ antecedēs: aut tñ pñs: idem intellige de minori numero terminorū improportionalitatis. Si enim fuerit p̄tinua: erit ad minus inter tres terminos. Si incōtinua ad minus inter quatnorū.


Dissinutio .10.

I fuerit tres qntitates p̄tinue pportionales dicet pportio prime ad tertiam. pportio prime ad scđam duplicata.

Dissinut proportionē qđ ē iter extreemos terminos continue proportionalitatis in trib⁹ terminis cōstitute. et dicit qđ si fuerit proportio pri mi ad scđm sicut scđi ad tertium: erit proportio p̄mi ad tertium sicut pri mi ad scđm duplicata: hoc ē ex duabus talib⁹ cōposita: siue qđ idē ē: erit proportio p̄mi ad tertium: sicut p̄mi ad scđm duplicata: hoc est in se multiplicata. verbi grā. i numeris Sint. 3. numeri cōtinue proportionales: sintqđ continue dupli: vt. 2.4.8. proportio p̄mi ad tertium erit sicut proportio p̄mi ad scđm in se multiplicata: pportio aut̄ p̄mi ad scđm ē dupla: dupla vero in se multiplicata: producit quadrupla: vnde proportio extremon̄ ē quadrupla: videlicet duplū dupli: vel scđm priorē expositionem proportio extremon̄ est sicut proportio p̄mi ad secundū dupli cata: quia quadrupla constat ex duabus duplis.


Dissinutio .11.

Am fuerit qntuor qntitates p̄tinue pportionales. pportio prime ad quartā dicet pportio prime ad scđaz triplicata



V

mitibus ex. 68. & quinqꝫ eā sequētibus. Nullā autē h̄az. 13. linearꝫ irrationalium posse
p̄uenire in specie cū aliqua aliaꝫ linearꝫ sic collige. Esto enī vt ad vna eadēqꝫ linea
rōnaliē in longitudine adiūgant̄ superficies equalis quadratis predictarꝫ. 13. line
arū irrationaliū fm̄ qꝫ ordine se invicē sequunt̄: eritqꝫ ex. 20. secūdū latus prime ista
rum. 13. superficiērū & quinqꝫ eam sequentiū rationale in potentia tm̄. sc̄da autē
latera sc̄de istarꝫ. 13. superficieꝫ & quinqꝫ eam sequentiū erit omnes sp̄es binomiu
ruꝫ p̄ ordinē videlicet binomiu primū sc̄m & deinceps vsqꝫ ad sextū ex. 54. & quin
qꝫ eā sequētibus demonstratū esse memineris. sc̄da vero latera octauae superficieꝫ &
quinqꝫ eā sequentiū sunt sp̄es residuoꝫ in ordine videlicet residuū primū & residuū

secundiū et dcinceps usq; ad sexū qd ex. 92. et quinq; cā sequētibus didicisti. Cum
 igit̄ ipa linea rōnalis i potētia tm̄ nō cōueniat cū aliq; specie binomioꝝ aut cū al/
 qua residuoꝝ quoniā omne binomiuꝫ p. 30. et oē residuiꝫ p. 68 ē linea irrōalis et i lō
 gitudine et i potentia. Et cū nulla sp̄s residuoꝝ cōueniat cū aliqua sp̄e binomiorū
 ex secūda pte penul. b° decimi: sequit̄ ut oia sc̄da latera haꝫ. 13. superficieꝝ sunt ab/
 iniicem diuersa: ideoꝝ p primā sexti et ipse. 13. superficies sunt diuersae cū eaꝝ om/
 nium altitudo sit vna quare etiā hec. 13. lineae irrōnales ppositae sunt singule a sin/
 gulis diuersae. Possunt aut̄ haꝫ. 13. lineaꝝ irrōnales species in infinitū produci. in
 finite enī sunt sp̄s lineaꝝ medialium. infinite quoq; binomioꝝ et sic de singulis Qd
 hoc modo pstat: esto linea. a. medialis. sumaturq; unitas et quotlibet numeri p̄mi
 vi. 3. 5 et. et sint totidem linee. b. c. d. quot sunt sūpti numeri primi. sintq; qdrata
 istaꝝ lineaꝝ. b. c. d. ad quadratū. a. sicut bi numeri primi ad vnitatē: eruntq; linee
 b. c. d. mediales ex. 21. qm̄ ipse cōicant in potētia cū linea. a. mediali. oēs autē erūt
 diuersae in longitudine ab. a. et a sevniꝫ p vltimā pte. et. qm̄ nullius istorum nume/
 roꝝ ad vnitatē nec alicuius eoz ad alteꝫ per. 16. et. 8. et corollariū sc̄de octauī et pre/
 sentis hypothesis ē pportio sicut numeri quadrati ad numerū quadratū: erit ergo
 a. et omnes sibi cōicantes in longitudine sub p̄ma specie lineaꝝ medialiū. b. vero et
 oēs sibi cōicantes in longitudine sub sc̄da. c. aut̄ et oēs eidē cōicantes vel cōmensu/
 rabiles sub tertia. d. quoq; et oēs sibi cōicantes in longitudine sub quarta: et q; nu/
 meri primi sunt infiniti vt ex. 21. noni didicisti: necesse ē sp̄s lineaꝝ medialiū ē in/
 finitas. Qd aut̄ ē dictū de linea mediali itēlige de binomio suisq; 5. comitibꝫ: et re/
 siduo suisq; 5. comitibꝫ: nā sicut ois linea cōicans mediali ē medialis siue cōicet
 ei in longitudine siue in potentia ut probatū est in. 21. ita etiā omnis linea com/
 municans binomio aut alicui suaz quinq; comitū vel etiā residuo aut alicui suaz
 quinq; comitū in longitudine vel in potentia est secū sub eadē specie vt probatum
 est in. 60. et quatuor eam sequentibus et. 98. et quatuor eam sequentibus. Sunt igit̄
 species haꝫ. 13. lineaꝝ irrōnales infinite quaz nulla cōueniet cū pcedenti in ordi/
 ne vel dione. Conuenit quoq; dñe aliter species linearum irrōnales esse infinitas
 nam omne latus tetragonicū superficie dicte a numero nō quadrato est irrōnale
 p vltimā pte. et. et p diffinitionē. cum itaq; tales numeri sint infiniti: erunt etiā spe/
 cies haꝫ lineaꝝ irrōnaliū infinite. Tertio modo contingit sc̄da ptem huius vli/
 me conclusionis libri decimi sic exponi: vt dicamus ab unaquaꝝ linea rōnali i po/
 tentia tantū infinitas lineaꝝ irrōnaliū sp̄s produci quaz nullā cum aliqua caruz
 que ipsā pcesserint: possibile est in diffinitione et ordine conuenire. Verbi gratia
 Sumatur aliqua superficies rōnalis dicta a numero nō quadrato ut quiq; eritq; la/
 tus eius tetragonicū irrōnale in longitudine: qm̄ ipsū ē incōmensurabile lateris te/
 tragonico superficie iōnalis dicte a numero quadrato ex vltima pte. et. dico ergo
 q; hui⁹ lateris latus. itemq; sc̄di lateris latus et rursus huius tertij lateris latus et
 sic in infinitū: sunt lineaꝝ irrationales tam in longitudine qz in potentia: et q; nulla
 earum conuenit diffinitione vel specie cum aliqua que eā pcesserit in ordine. estq;
 latus tetragonicum premisse superficie quecunq; dicta fuerit a numero non qua/
 drato earum omnium sicut radix et principium et quelibet ipsaz est principiū oīm
 ipsam sequentiū: et quecunq; ab aliquo tetragonico latere cuiusq; talis superficie
 proficiuntur diuersae sunt in longitudine et potentia ab omnibus que a quoquam
 alio tetragonico latere talis superficie generantur et hoc dico eum ipsaz superficieꝝ




LIBER

non fuerit pportio sicut numeroꝝ quadratoꝝ. hec aut̄ vt possumus firma demon
stratione colligere antecedens ad ipsa premittere oportet. sitq; istud.

CQuibuslibet duobus inuicem ductis si quid licet producatur quota
latera tetragonica duorum precedentium inuicem duces totum tetra
gonicum lauts ipsius producti produces.

Terbi gratia sit vt ex. a. in. b. sit. k. ad. c. z. d. sint latera tetragonica. a. z. b. fiat
aut̄ e. ex. c. in. d. sintq; itez. f. z. g. latera tetragonica. c. z. d. z fiat. h. ex. f. in. g. di
co q; b. est latus tetragonici. e. z q; e. rursus est latus tetragonici. k. cum eni ex. f.
in se z in. g. siant. c. z. b. erit. c. ad. b. sicut. f. ad. g. sed z sit. h. ad. d. sicut. f. ad. g. eo
q; ex. g. in. f. z in se fiunt. b. z. d. sint igit̄. c. h. d. continuo pportionales itaq; ex. b.
in se quantū ex. c. in. d. quare. b. est latus tetragonici. e. eadē quoq; rōne cu ex. c. i
se sit. a. in. d. sit. e. z ex. d. in se sit. b. erunt etiam. a. c. b. cōtinue pportionales i p/
portioꝝ. c. ad. d. cū igit̄ ex. a. in. b. sit. k. sc̄quīt̄ etiā vt ex. e. i se sit. k. q̄re. e. est latus
tetragonici. k. constat itaq; qđ dicit̄. restat itaq; demonstrare qđ propositum est.
Sit igit̄ supficies. a. rōnalis dicta a numero nō quadrato. ut. s. sitq; linea. a. ei^o te/
tragonici latus z sumant̄ quotlibz linee rōnales i lōgitudine q̄ sint. b. c. d. e. Sint qz
dicte a numeris quoꝝ quisq; pcedēs sit tetragonici latus proximo sequentis: vt
si. b. sit. z. c. 4. d. 16. e. vero. 256. ad has aut̄ lineas rōnales in longitudine adiunga
tur supficies equalis. a. eruntq; sc̄dā latera singulaz rōnalia in longitudine per. 16
vt sc̄m latus. b. 2. z dimidiū. secundū. c. vnuz z quarta: secundū vero. d. vna quar
ta z vna. 16. at vero superficie. e. secundū latus erit vna. 64. z vna. 256. sit ergo. f.
tetragonici latus. b: g. vero sit tetragonici latus sc̄dī lateris superficie. b. eritq; p
premissam aūs ut ex. f. in. g. sit. a. rursus sit. b. tetragonici latus secundi lateris
c. k. quoq; sit tetragonici latus. b. eritq; per predictū aūs vt ex. b. in. b. sit. a. z ex. f.
in. k. sit tetragonici latus. a. qđ sit. l. sit itez. m. t. p. terragonicum. n. eritq; per predi
ctū antecedens vt ex. c. in. m. fiat. a. z ex. b. in. n. l. z ex. f. in. p. tetragonici latus
l. qđ sit. q. Amplius aut̄ sit. r. tetragonici latus lateris secundi superficie. e. sit quo
qz. s. tetragonici. r. z. f. z. t. s. sit et. u. tetragonici. t. sc̄quīt̄ que per dictū antecedēs
vt ex. d. in. r. fiat. a. z ex. c. in. f. l. z ex. b. in. t. sit. q. z etiam ex. f. in. u. tetragonici
latus. q. qđ sit. x. z sic in infinitū: dico ergo has lineas. a. l. q. x. quaꝝ. a. est tanqñ
radicale principium esse irrationales. a. quidem in longitudine tantum: cetero ve
ro in longitudine z in potentia z dico q̄ nulla carum conuenit cū alia in diffiniti
one vel ordine. Lūz eni ex. f. in. g. z. k. siant. a. z. l. erit. a. ad. l. sicut. g. ad. k. z qz vt
p̄ ex dictis hypotheibꝫ. g. z. k. sūt incomensurabiles in longitudine z in potentia.
sequitur etiā vt. a. z. l. sint incomensurabiles in longitudine z in potētia: eadem ra
tione. a. z. q. est enim. a. ad. q. sicut. g. ad. p. z propter eandē causam etiā. a. z. x. cū
sint sicut. g. z. u. z hac via quoq; necesse est vt. l. z. q. sint simpliciter incomensurabi
les tā i lōgitudine quā in potētia. cum eni ex. f. in. k. z. p. siant. l. z. q. erit. l. ad. q.
vt. k. ad. p. at. k. ad. p. nec commensurabiles sint in longitudine nec in potentia.
Si enim sint crunt. b. z. n. commensurabiles. sed non sūt: at vero. l. z. x. oportet eē
v̄troq; modo incomensurabiles: est enim. l. ad. x. sicut. k. ad. u. eo q; ex. f. in. k. z
u. fiunt. l. z. x. sunt autem. k. z. u. v̄troq; modo incomensurabiles. Sin autē acci
det. d. z. b. esse commensurabiles quod est inconveniens: q. vero z. x. q; sint quoq;
incommensurabiles potentia z longitudine ex eo patet q̄ ē. q. ad. x. sicut. p. ad. u.




constat autem quod p. r. u. sunt incommensurabiles. nam si non erunt. n. r. c. commensurabiles. ideoque m. r. s. sed non sunt. Manifestum est itaque infinitas lineas irrationalis in longitudine et in potentia incommensurabiles et ideo dissimilitudine et species differentes produci ex linea. a. rationali in potentia tantum. Restat autem nunc ostendere quod quaecumque irrationalis linee ab aliqua linea rationali in potentia tantum hanc viam generantur: diverse sunt ab omnibus tam in longitudine quam in potentia que a. qualibet alia linea rationali in potentia tamen quadratum cuius ad quadratus prioris non sit sicut numeri quadrati ad numerum quadratum hanc eadem via egreduntur: hoc quoque sic constat. Sint. a. r. b. rationales in potentia tamen siue tetragonica latera duarum superficierum dictarum a numeris non quadratis. sitque ut illi numeri non sint in proportiona aliquorum numerorum quadratorum: lineae quoque que procedunt hanc viam ab. a. sint. c. d. c. et a. b. procedant. f. g. b. dico quod nulla ex lineis. c. d. e. communicat in longitudine vel potentia cum aliqua ex lineis. f. g. b. cum enim sint. c. r. f. tetragonica latera. a. r. b. at. d. r. g. tetragonica latera. c. r. f. r. e. r. b. tetragonica. d. et g. non est possibile ut aliqua ex c. d. e. coincidat cum sua copari ex f. g. b. vel longitudine vel potentia. Si enim alterutro modo comunicet. e. cum. b. sequitur ut. d. coincidat cum. g. r. c. cum. f. quare r. a. cum. b. etiam in longitudine quod est contra hypothesis. Universaliter autem verum est dicere quilibet harum esse utrumque modo incommensurabilem cuilibet istarum. Dato namque quod d. communicet cum. b. etiam in potentia tantum. sequitur ut. c. quoque coincidat cum. g. r. a. cum. f. quod non est possibile. Attendere autem oportet quod cum dico latus lateris nihil aliud intelligo quam latus superficie denominata a latere priori. unde tetragonum latus lineae. a. voco linam illam que potest in superficiem dictam a linea. a. talis autem superficies est quam continet linea. a. et linea rationalis in longitudine dicta ab uno. Si ergo liber invenire tetragonum latus cuiuslibet linee. sit linea. a. cuius tetragonicum latum volo invenire. b. vero sit linea rationalis in longitudine dicta ab unitate et ipsa est minima omnium linearum rationum numeratarum ab integris medio loco proportionatis inter eas. sit. c. est igitur p. 16. sexti. c. tetragonicum latus. a. idem enim sit ex. a. in. b. et ex. c. in. sc. At vero ex. a. in. b. fit superficies dicta ab. a. Quicquid enim a quo liber in unum ducto productur ab eo quod unum multiplicat denominatur. Et nota quod cum. c. fuerit latus tetragonum lineae. a. indifferenter contingit linam. c. esse maiorem linea. a. et minorem prout. b. etiam fuerit maior aut minor. Explicit liber Decimus: incipit liber Undecimus.



Orpus est quod longitudinem et latitudinem et altitudinem habet cuius termini sunt superficies Linea erecta supra superficiem est que cum terminalibus lineis in ea superficie exparsis angulos rectos facit. linea autem hec supra eam superficiem perpendicularis esse et ad eadem orthogonaliter insistere dicitur.


Intelligatur eni linea. a. b. exurgere supra planum: ita quod punctus. a. imaginetur in aere et b. in plano et a punto b. ducantur plures lineae in eodem plano ut. b. c. b. d. et quotlibet aliae. Si igitur ita fuerit quod linea. a. b. cum linea b. c. et cum linea. b. d. et cum qualibet alia linea protracta a punto. b. in plano illo angulum

m 3



LIBER




rectū cōtineat ipsa dicetur esse perpendicularis ad illā superficiē in qua p̄tracte sūt
 beelinee videlicet. b.c. r. b.d. & alie cū quibus ipsa ponit cōtinere angulū rectū.
CSuperficies autē erecta sup̄ superficiē est quotiēs puncto uno eodem
 linee que est cōmuni terminus illaz superficieꝝ due perpendicularares
 cōterminales sustant que rectū cōtinentes angulū in eisdē superficieſ
 bus sit̄. **C**Verbi grā imaginemur superficiē. a.b.c.d. exurgere superficiē vero. c
 d.e.f. iacere: & intelligamus lineam. c. d. esse communem terminum ambarum
 in ea itaqꝫ signet̄ punctus. g. a quo ad linea. c. d. extrahant̄ due linee perpendiculariſ
 lares vna vidz i superficie. c. d. e. f. que sit. g. k: & alia i superficie. a. b. c. d. que sit. g. b
 si igitur angulus quē continent̄ hec due linee perpendicularares videlicet. g. b. & g. k.
 erit rectus superficies. a. b. c. d. dicitur orthogonaliter erecta super superficiē. c. d. e. f.
CSuperficies equidistātes sūnt que in vtrāqꝫ partem protracte nō
 concurrent et si in infinitum producantur. **C**Intellectum est quod dicit̄.
 Scire tamē debes qꝫ omnes planas superficies aut sunt equidistantes ab invicem aut
 in omnē partē p̄tracte cōcurrent alicubi & super rectā linea se secabunt lineas autē
 rectas nō ē necessariū v̄l cē equidistantes vel in vtrāqꝫ pteꝫ protractas concurrere.
 Quippe que in eadē superficie nō sunt nec equidistant ab invicē nec in quantulibet
 protracte cōcurrent. **C**Equa corpora sunt atqꝫ similia quoꝫ termina
 les superficies numero ac quantitate eequales vnius creationis sūnt at
 qꝫ similes similia corpora sunt que similibus superficiebus numero
 equalibus continentur. **C**Si has duas diffinitiones de corporibus equa/
 libus & similib⁹ nō intelligis ad diffinitionē similium superficieꝝ posita in princi/
 pio sexti recurre. **C**Corpus seratile dicitur qđ quīqꝫ superficiebus qua/
 rum tres parallelogramē sunt due vero triangule continentur.
CDomini quatuor parietes equidistantes habent̄ rectū vnicō fastigio supremis
 duarum parietum lateribus equali & equidistanti suppositum seratilis corporis
 expressam similitudinem gerit. **C**Spera est transitus arcus circūferentie
 dimidi⁹ circuli quotiens sumpto vel sup̄premo semicirculo lineaqꝫ di
 metri fixa donec ad locum suum redeat arcus ipse circumducitur.
CSuper quālibet linea semicirculo descripto si linea illa fixa semicirculus tota re
 volutione circūducatur corpus quod describitur spera nominat cuius centrū con/
 stat esse centrum semicirculi circūducti. **C**Piramis laterata est figura cor/
 poreā quā cōtinent̄ superficies ab vna quā relique sunt ad vnu op/
 positum punctū sursum errecte. **C**In omni laterata piramide cuncte superfici/
 es ipsam ambientes ab ipsius basi ad vnum punctū sublevātur qui conus pirami/
 dis dicitur suntqꝫ omnes hec laterales superficies triangule: basis vero frequenter nō
 est triangula. **C**Piramis rotunda est figura solida: estqꝫ transitus tri
 anguli rectanguli alterutro suorum laterum rectum angulum continē
 tum fixo & donec vlsqꝫ ad locum vnde moueri cepit redeat triangulo
 ipso circūducto. Si autem latus fixum lateri circūducto fuerit equare
 erit figura rectangula. Si vero longius acutiangula. Si vero breui⁹
 obtusiangula erit. Axis aut̄ ipsi⁹ figure ē latus fixu. Basisqꝫ sua cir/
 culis. **D**icitur autem figura hec piramis columne rotunde.
CSit trigonus. a. b. c. rectū angulū habens qui sit. b. figuraz alterꝫ duox lateri
 ambientiū rectū angulū. b. sitqꝫ latus. d. figit. a. b. quo fixo circūducat trigon⁹ quo/



usq; ad locū ēnde moueri cepit redeat: corporeā ergo figura que huius triongi motu describitur rotunda piramis appellat: cui⁹ tres sūt dīe. Alia enī est rectāgula alia acutiangula. Tertia obtusiangula. Et prima quidē ē qñ latū. a.b. lateri. b.c. fū erit equale. Esto enī ut linea. b.c. cū rotatu triongi puenerit ad sitū linee. b.d. ita q punct⁹. c. cadat sūg pūctū. d. fiatq; linea vna. hoc ē vt ipsa tunc pīungat situi a quo moueri cepit scđm rectitudinē: eritq; linea hic q̄si. b.c. d. & q̄ ex. 32. p̄mi & 5. eiusdē angulus. c.a.b. ē medietas recti erit angulus. c.a.d. rectus. ideoq; piramis hec dicitur rectangula. Si autē latus. a.b. sit longius latere. b.c. erit acutianguli: erit enī tunc ex. 32. primi & 19. eiusdē angulus. c.a.b. minor medietate recti. ideoq; totus angulus. c.a.d. ē mīor recto & acutus: quare piramis acutiangula. Qđ si latus. a.b. fuerit brevius latere. b.c. erit angulus. c.a.d. maior medietati recti ex. 32. primi et 19. eiusdē & totus. c.a.d. qui ē duplus ad ipsū. c.a.b. maior recto & obtusus. igitur & piramis cōuenienter tūc dicit obtusiangula. Axis autē huius pyramidis dicit linea. a.b. basis vero eius circulus quē describit linea. c.b. super centrum. b. dicit quoq; hec piramis columnē rotunde illi⁹ videlicet quā motu suo describeret palellogramū pueniens ex. a.b. & b.c. latere. a.b. manente fixo.

CFigura corporeā rotunda cuius bases sunt circuli duo plani extremitatibus & crassitudine idest altitudine eales est transitus parallelogrami rectanguli latere rectū angulum continentē fixo iplaq; sup/ ficies donec ad locū suū redeat circunducta diciturq; hec figura co/ lumna rotunda. Columnē itaq; rotunde atq; spere circuliq; vnu atq; idē ēt centrū. **S**it palellogramū rectangulū. a.b.c.d. figuraq; latus. a.b. & eo fixo totū palellogramū quoq; ad locū suū cadat vel redeat circūducat: corpo/ rea ergo figura huius palellogrami motu descripta rotunda columnā nominatur cuius bases sunt duo circuli centrum est punctus. b. alter vero est quem motu suo designat linea. d. a. & eius centrum est punctus. a. Axis autem. huius columnē dicitur linea. a.b. que manet fixa in motu palellogrami. Qđ si imaginati surimus parallelogramū. m.a.b.c.d. cum peruerterit rotatu suo ad situm. a.b.e.f. coniun/ gi situi a quo moueri cepit secundum continuitatem superficiē plane: vt scilicet totū sit vnu palellogramū. d.c.e.f. & protraximus in eo diametrū. d.c. erit quoq; diameter. d. e. diameter colūne. Qđ autē dicit columnē & spere & circuli idem esse centrū: intelligi dīz cū horū vna ē eadēq; diameter. Verbi grā diximus enī q. d.e. ē diameter istius colūne. Sperā igī atq; circulū quoq; diameter est linea. d.e. neces/ se est idē centrū habere cū centro pposito colūne. Sit enī vt linea. d.e. scet lineam a.b. in puncto. g. eritq; .g. centrū columnē: dividit enī axem colūne p equalia & dia/ metrū colūne p equalia qđ p. 25. primi nam anguli qui sunt. a.d.g. sunt eales ex. 15. primi & anguli qui sunt ad. a. & b. recti ex hypothesi: linea quoq; a.d. ē equa/ lis linee. b.e. itaq; d.g. est equalis. e.g. & a.g. equalis. g.b. cunq; anguli. c. & f. sunt recti si super punctū. g. scđm spaciū. d.g. ac super linea. d.e. circulus describat trā/ sibit ex cōuersa prime p̄tis. 30. tertij per puncta. c. & f. itaq; punctum. g. est centrū circuli cuius diameter est diameter columnē. ideoq; & spere: quare manifestum est omni parallelogramo rectangulo circulum omniq; columnē rotunde speram esse circūscriptibiles. Sicq; patet q voluit istud theoreuma.

CAngulus corporeus sive solidus est quem continent anguli plani plures q; duo qui in vna superficie siti ad vnum punctum angularem



LIBER

conuenient. **C**Two anguli plani angulum solidum perficere nequent sicut nec due recte linee nequeunt superficiem claudere. Angulos quoq; planos solidū an-
gulum continentis in eadē superficie nō conuenit esse fitos sed in diversis quēad/
modū duas rectas lineas planū perficientes angulum non conuenit sibi inuicem
secūdū sitū rectitudinis applicari. **C** Similes sunt figure corporee rotūde
sine sit colūne sive earū piramides quaz axes diametrī suarū basiū
sunt proportionales. **C** Propositis enim duabus piramidibus rotundis aut
duabus columnis rotundis si fuerit proportio axis vnius eaz ad diametrum sue
basis sicut axis alterius ad diametrum sue basis ille due columnae aut piramides
similes adiuicem esse dicuntur.

Propositio .1.

Inne recte partem esse in plano & partem in sublimi ē im-
possibile.

CSit linea. a.b.. recta. dico q̄ non est possibile ut pars eius sit in
plano & pars sursum eleuata. si eni est possibile sit pars ei⁹ que est. a
c. sita. in plano & pars eius que ē. c.b. in sublimi posita & protrahat
directe. a.c. in plano in quo ipsa sita est vsq; ad. d. eritq; vt vni eidemq; linee que
est linea. a.c. due linee penit⁹ diuerte que sūt linee. c.b. & c.d. ex eadē parte directe
adiuant q̄ est impossibile. ex. 13. primi.

Propositio .2.

Duæ linee due quarum altera alteram iecat in vna sup-
ficie site sunt omnelq; triangulus in vna superficie totus con-
sistit.

CSint due linee recte. a.b. & c.d. se inuicem secantes in puncto. e. di-
co eas esse in superficie vna & omniē triangulū dico esse in superficie
vna totū. signetur eni punctus. f. in linea. c.d. & punctū. g. in linea. a.b. & ducaſ li-
nea. f.g. Quia igitur impossibile est ptez trianguli. e.f.g. esse in plano & ptem i sub-
limi quin etiam suarum terminaliū lineaz vnius aut plurimum pars similiter sit in
plano. & pars similiter in sublimi cum de lineis hoc sit impossibile per premissam
erit quoq; impossibile de triangulo. itaq; totus triangulus. e.f.g. est in superficie
vna. Ex hac igitur secunda parte & premissa cōstat prima ps huius secunde propo-
sitionis.

Propositio .3.

Onium duarum superficieꝝ se inuicem secantū cōmūnis
sectio est linea recta.


CDe planis superficiebus intellige & verum erit qđ dicitur. Sint ita
q; due superficies plane. a.b. & c.d. se inuicem secantes dico q̄ earū
cōmūnis sectio erit linea recta. Esto eni duo pūctū. e. & f. termini cō/
mūnis sectionis eaz que cōtinuerit per lineā rectā que sit. e.f. si igitur linea. e.f. est
in vtraq; duaz superficieꝝ. a.b. & c.d. p̄stat ppositū: at vero si in neutra aut si nō in
alteratū ambo puncta. e. & f. sint in vtraq; superficieꝝ. a.b. & c.d. in ea superficie in
qua ipsa nō fuerit protrahat linea recta que sit. c.b. f. erit igit̄ due recte linee. ef. &
e.b. f. h̄ntes duos terminos cōes qđ ē impossibile. sic eni due recte linee includerit su-

pficiē qđ ē p̄ petitionē vltimā p̄nii libri.

Propositio .4.

Ifuerit linea orthogonaliter ab incisione duarum linea-
rum erecta intersecantium se: ipsa ad earundem superficie
perpendicularis erit.

CSit linea. a.b. orthogonaliter erecta super incisionē duaz linearū




c. d. e. f. secatiū sc in puncto. b. de quibus p̄stat p̄ antepremissā q̄ ipse sunt sita in vna superficie dico q̄ linea. a. b. perpendicularis ē ad ipsaq̄ superficie. Sint enī. c. b. & b. d. equales at vero. f. b. & b. e. equales & p̄trahant̄ linee. e. d. & c. f. que erūt equales per. 4. primi & equidistantes p. 27. eiusdē. Signato itaq̄ puncto aliquo i linea e. d. qui sit. g. ducā linea. g. b. h. critq̄ ex. 26. primi. e. g. equalis. f. h. igit̄ a puncto a. vel quovis puncto linea. a. b. demittant̄ hypothemis aliter linee. a. c. ad. a. e. a. f. a. g. a. b. critq̄ ex. 4. primi. a. c. equalis. a. d. & a. c. e. q̄līs. a. f. Itē p. s. eiusdē e. q̄līs erit agulus. a. e. d. e. q̄līs aḡulo. a. f. c. ergo per. 4. ipsi⁹ erit. a. g. e. q̄līs. a. b. & idcoq̄ p. s. eiusdem erit angulus. a. b. g. equalis angulo. a. b. h. quare ex diffinitione vterq̄ ē rectus & linea. a. b. pp̄pendicularis ad linea. g. h. Simili quoq̄ mō pbabis cādē esse pp̄pendicularē ad oēs lineas p̄tractas a puncto. b. in superficie duar̄ lineaz. c. d. & e. f. igit̄ ex dione constat linea. a. b. ēe pp̄pendicularē ad superficie i qua sita sunt due linee c. d. & e. f. seiuicē secates qđ ē p̄positū.

Propositio .5.

Si super tres lineas cōterminales cōi eaꝝ termino erecta linea quedā orthogonaliter insistat eedē tres linee i vna superficie sita erunt. Sit linea. a. b. orthogonaliter erecta super cōm terminū triū lineaz. b. c. b. d. b. e. angulariter se cōtingentū in puncto. b. quaz nulla aliꝝ directe applicetur qđ idem ē ac seiuicem secant in puncto. b. protracte enī se secabunt dico q̄ tres linee. b. c. b. d. b. e. sunt in vna superficie sita. Constat autē de quibusq̄ eaꝝ duab⁹ q̄ ipse sunt in vna superficie sita per scđam hui⁹ vel p̄ primā p̄tē. 2. hui⁹ si igit̄ linea. b. d. nō fuerit in superficie dua ꝑ lineaz. b. c. & b. e. sed ille duo i plano: hoc autē in sublimi: erit vt hec superficies in qua sita sunt due linee. a. b. & b. d. si protrahatur & p̄ illud qđ notū est sup̄ quartā secet illā in qua sita sunt. b. c. & b. e. eritq̄ per. 3. huius cōis eaꝝ sectio linea recta & ipsa sit. b. f. qr̄ igit̄ ex premissa linea. a. b. ēe pp̄pendicularis ad superficie duar̄ lineaz. b. c. & b. e. sequit̄ ex diffinitione vt ipsa sit perp̄diculār̄ ad linea. b. f. quare angulus. a. b. f. est rectus cunq̄ etiā angulus. a. b. d. sit rectus ex ypothesi. sequitur i p̄sibile videlicet p̄tē suo toti ēe equalē.


Propositio .6.

Suerint due linee super vna superficie pp̄pendicularares eas eq̄distātes ēe necelle est. Sint due linee. a. b. & c. d. pp̄pendicularares ad vna superficie dico eas esse eq̄distantes: protrahat enim linea. b. d. eruntq̄ ex dione duo anguli. a. b. d. & c. d. b. recti. si igit̄ due linee. a. b. & c. d. sint in superficie vna ipse sunt eq̄distantes p̄ scđaz partē. 28. primi: ipsas autem esse in superficie vna sic collige: a puncto. b. super linēam. b. d. in plano cui perpendiculariter insistunt. a. b. & c. d. p̄trahē orthogonāliter linēam. b. f. & ex linea. c. d. stime. d. e. equalē. b. f. & protrahē lineas. e. b. & e. f. erunt igit̄ duo latera. e. d. & d. b. trianguli. c. d. b. equalia duob⁹ lateribus. f. b. & d. b. trianguli. f. d. b. & angulus. e. d. b. equalis angulo. f. d. b. cū vterq̄ sit rect⁹. itaq̄ per quartā primi linea. b. e. ēe equalis linea. d. f. itēq̄ cū duo latera. e. b. & b. f. trianguli. e. b. f. sint equalia duob⁹ lateribus. f. d. & d. c. trianguli. f. d. e. & basis. e. f. cōis erit p. s. primi angulus. e. b. f. equalis angulo. f. d. e. cū vterq̄ sit rect⁹: qr̄ igit̄ angul⁹. f. d. e. ēe rect⁹ a dione erit etiā angul⁹. e. b. f. rect⁹: itaq̄ linea. f. b. pp̄pendiculariter ē erecta sup̄ cōm terminū triū lineaz. b. a. b. d. b. e. se cōtingētiū angulariter i puncto. b. q̄re p̄ p̄missā ipse sit i superficie vna: cū igit̄ ex p̄ma parte b⁹ scđe linea. c. d.



LIBER

sit in eadem superficie. cum vtraqz linearum.e.b.z.b.d.sequitur.a.b.z.c.d.esse i
superficie vna: Constat ergo propositum.



Propositio .7.

Sin duabus lineis equidistantibus duob⁹ punctis signatis ab altero ad alterū recta linea ducat: in qua superficie ille due linee sitae sunt eam quoqz in eandem sitam eē necessario comprobatur.

Sint due linee. a.b.z.c.d. equidistantes de quibus constat per diffinitionem q ipse sunt in superficie vna: in eis autem signentur duo puncta e.z.f.z producatur linea recta. e. f. dico itaqz lineam.c. f. esse sitam in superficie linearum. a.b.z.c.d. Sin autem sit. e.f. in alia superficie vt in sublimi dependens q superficies si protrahatur secabit necessario superficie in qua sitae sunt due linee. a. b. z. c. d. eritqz per. 3. huius communis sectio earum linea recta eisdem punctis terminata quod est impossibile. sic eni due recte linee cocluderent superficiem.


Propositio .8.

Sin idem planū due recte linee equidistanter erigantur altera vero earum orthogonaliter sifstat reliquam quoqz ad idem planum perpendiculararem esse conueniet. **C**hec est quasi conuersa sexte. Sint enim due linee. a.b.z.c.d. equidistantes et sit earum altera vt. c.d. erecta perpendiculariter super superficiē quālibet: dico reliquā earum que est. a.b. esse perpendiculararem ad eandē superficiem. **F**iat enim prosus eadem dispositio que in sexta: eritqz ut ibi vterqz duoz anguloz. f.d.b.z. f.b.e. rectus: primus quidem per positionem. secundus autē per. 8. primi: quare p. 4. huius linea. f.b. ē ppndiculariter erecta super superficiem i qua sunt due linee. b.d.z.b.e. cūqz per premissā due lineas. a.b.z.c.d. sint in eadem superficie cum duabus lineis. b.d.z.b.e. sequitur linea. f.b. esse ppndiculariter erecta supra superficiē in qua est linea. b.a. a diffinitione igitur erit angulus. f.b.a. rectus z qz etiam angulus. d.b.a. est rectus per ultimā partē. 29. primi: sequitur per quartam huius lineam. a.b. esse perpendiculararem ad superficiem in qua sitae sunt due linee. b.d.z.b.f. quare constat propositum.

Propositio .9.

Sdue linee vni non in vna superficie equidistāt eas quoqz sibi inuicem equidistare necesse est.

C sit vtraqz duarum linearum. a.b.z.c.d. equidistās linee. e. f. nec sint omnes in superficie vna: dico q ecde quoz sibi inuicem sunt equidistantes: de his quidē que sunt omnes in superficie vna probatū est per. 30. primi: at vero de his que in vna superficie non sunt vt est hic. e.f. que intelligatur sursū erecta i sublimi. restat hoc loco probandū. signetur itaqz in ea pīctus. g. a quo educantur due ppndicularēs ad duas lineas. a.b.z.c.d. que sint. g. b. z. g. k. eritqz per. 4. huius linea. e. f. ppndicularis ad superficiē videlicet illam in qua sunt sitae due linee. g. b. z. g. k. itaqz per premissā bis assumptā vtraqz illaz duaz lineaz. a.b.z.c.d. ppndicularis ē ad eandē superficiē videlicet ad illā in qua sitae sunt dicte due linee. g. b. z. g. k. p. sextā hui⁹ igitur ipse sunt sibi inuicē equidistantes qd est propositū.



Propositio .10.

Si due linee se angulariter contingentes duabus alijs se contingentibus eis oppositis equidistantes fuerint: nō aut in superficie vna qui ab eis sunt duo anguli eque sibi inueni esse comprobantur.

Csint due linee: a.b. et a.c. se angulariter contingentes in puncto. a equidistantes alijs duabus que sunt. d.e. et d.f. se quoqz angulariter contingenti bus in puncto. d. nec sint cum eis i superficie vna: dico angulū. a. esse equalē angulo. d. Esto enī linea. d.e. equalis linea. a.b. cui ipsa posita est esse equidistans. et d.f. equalis. a.c. cui etiā ipsa equidistare ponit et ducant linee. d.a. et e.b. et f.c. eritqz ex. 3. primi bis assumpta utraqz duarū linearū b.c. et e.f. equalis et equidistantes linea. a.d. per conceptionē igitur et premissam eedē sunt equales et equidistantes si bi inuicem. et itaqz per. 3. 3. primi denuo reperiātā due linee. b.c. et e.f. sunt etiā equales et equidistantes: igit̄ per. 8. primi cōstat p̄positū.

Propositio .11.

Ancto in aere assignato ab eo ad datam superficiem perpendicularem ducere


Csit punctus. a. sursum in aere a quo volumus ad superficiē subiacentem perpendicularem ducere: ducat igitur in plano illo: linea. b.c ut viciqz cōtigerit ad quā ab ipso punto. a. ducat perpendicularis. a.d sc̄m doctrinā. 12. primi rursusqz a punto. d. in plano illo ad qd̄ ducenda est perpendicularis a punto. a. extrabat linea. d.e. que sit perpendicularis ad linea. b.c ut docet. 11. primi. Ad hanc quoqz linea. d.e. ducat alia linea perpendicularis a punto. a. que sit. a.f. hanc vico esse ēā quā intēdim⁹. Sit enī linea. f.g. equidistantēs linee b.c. et qz utraqz duorū anguloz. b.d.a.z.b.d.f. est rectus: erit ex quarta hui⁹ linea b.d. perpendicularis ad superficiē in qua est triangulus. a.d.f. idcoqz etiā p. 8. hui⁹ erit linea. g.f. perpendicularis ad eandē superficiē: igit̄ a diffinitione erit angulus. g.f. a. rectus: cūqz etiā angulus. d.f. a. sit rectus: sequit̄ ex quaria huius linea. a.f. esse perpendicularē ad superficiem in qua sunt due linee. d.f. et f.g. qd̄ est propositum

Propositio .12.

Superficie p̄posita punctoqz in ea assignato ab eo puncto ad datam superficiē linēa orthogonaliter erigere. **C**lū a punto quolibet in superficie p̄posita assignato perpendicularē educere libuerit a quolibet punto sursum in aere ad libitum posito ad eandē superficiē p̄pedicularē quādmodū p̄missa docuit denitttere que si i assignatū punctū ceciderit ipsa ēā quā queris. Sin aut ab ipsa assignato p̄ucto ad demissā perpendicularē equidistantem ducito: ēā qz per. 8. huius probabis ēē quam queris.

Propositio .13.

Das lineas super p̄uctū vnu ad superficiē vnu orthogonaliter iſistere ē ipſiſibile. **C**Si enī p̄iſibile ē vt due linee vni eidē qz superficie sup punctū vnu perpendiculariter iſistat superficies i qz ipſe perpendicularares sit̄ sūt itelligat p̄duci quoqz secat superficie cui dicte linee perpendiculariter iſistat eritqz per. 3. hui⁹ cōmuni caꝝ ſectio linea recta: et qz ex diffinitione utraqz illarū perpendicularium cū cōmuni ſectione cōtinet angulum rectū ſequitur ut angulus rect⁹ ſit p̄s anguli recti qd̄ est imposſibile. Quēad modū aut̄ demonstratū est imposſibile eſſe ab uno eodem p̄ucto extra superficiem



duas lineas super punctum unum ad eandem superficiem esse perpendicularares ita etiam demonstrabimus impossibile esse duas lineas ab uno eodemque punto extra superficiem signato ad eandem superficiem protractas ad ipsa esse perpendicularares. Si enim hoc fuerit ipse erunt equidistantes ex. 6. huius quod est impossibile ex definitione linearum equidistantium. Constat igitur ex hac quod si aliqua superficies plana aliq[ue] planam superficiem orthogonaliter secet et ab aliquo punto secantis superficie ad superficiem sectam perpendicularis ducatur: in communione eaz sectione eam cadere necesse est. Alioquin ab eodem punto secantis superficie ad communem earum sectionem perpendicularis protrahatur ut docet. 12. primi et a punto in quo incidit cum communione alia perpendicularis ad eandem communem sectionem in superficie secta educatur ut docet. 11. primi: eritque ex definitione superficie super aliam superficiem orthogonaliter erecte angulus quem continet hec due linee perpendicularares rectus: quare per quartam huius prima harum duarum perpendicularium etiam est perpendicularis etiam ad superficiem sectam. ergo ab uno puncto protractae sunt due linee perpendicularares ad eandem superficiem quod est impossibile: relinquitur itaque propositum nostrum.

Propositio .14.

Slinea una super duas superficies assignatas orthogonaliter insistat: ille due superficies si etiam in infinitum in qua cunctis partem protrahantur nunquam concurrerent.

CPosita enim linea una duabus superficiebus orthogonaliter insistere si possibile est superficies illas concurrere in eaz coi sectione que per. 3. huius erit linea recta: punctisque quocunque modo signet a quo due linee in illis duabus superficiebus ad lineam illam que ipsis perpendiculariter superstaret protrahatur: eritque constitutus triangulus ex his duabus lincis et perpendiculari huius itaque trianguli vertexque duorum angulorum qui superpendiculariter consistit est rectus ut per p[ro]positionem ex dione linee supra superficie perpendiculariter stantis hoc autem est impossibile per. 32. primi.

EConuerso quoque videlicet si super duas superficies equidistantes linea recta ceciderit que ad alteram earum perpendicularis sit ipsa quoque perpendicularis erit ad reliquum. **C**Positis enim duabus superficiebus equidistantibus intelligatur linea recta ambas penetrans que alteri earum perpendiculariter superstaret: dico quod eadem linea reliqua superficie perpendiculariter superstaret. Sit enim superficies una secans positas superficies equidistantes super lineam eas penetrante eritque eius sectio huius superficie secatis et alterius sectarum vide licet illius cui linea penetrans ponit perpendiculariter insistere continet angulum rectum cum ipsa linea penetrante ex dione linee perpendicularis ad superficiem: si igitur alia eius sectio ipsius superficie secatis et reliquo duarum sectarum cum eadem linea penetrante non contingat angulum rectum erit ex vita p[ro]positione primo ut ille due coes sectiones in alterutram per tracte necessario concurrerent quare et superficies que posite sunt equidistantes necessario concurrerent. et quod hoc est impossibile erit ille angulus rectus eodemque modo erit de qualib[us] alia superficie easdem superficies equidistantes secatis super eandem lineam: igit ex quarta b[us] et ex ista. 14.

Sconstat verum esse quod diximus. **P**ropositio .15.

Ifuerint due linee se continententes angulariter equidistantes alijs duabus in contingentibus non antem in superficie una ab eisdem lineis contente due superficies in nulla parte quantunque producantur possunt concurrere.

CSint due linee. a.b. et a.c. se angulariter contingentes in punto. a. equidistantes duabus lineis. d.e. et d.f. se angulariter contingentibus in punto. d. et non sint in superficie una: dico eas superficies i quacumque parte et quatuorcumque protrahantur non quod concurrere: protrahatur et eni a punto. d. put docet. s. huius perpendicularis ad superficiem duarum linearum. a.b. et a.c. sitq. d.g. et a punto. g. ducatur. g.b. equidistantes. a.b. et g.k. equidistantes. a.c. eritq. ex definitione veterum duorum angulorum. d. g.b.d.g.k. rectus et per. 9. erit linea. d.f. equidistantes linee. g.k. et linee. d.e. equidistantes linee. g.b. quare per ultimam prem. 29. primi veterum duorum angulorum. e. d.g.f. d.g. erit rectus: ideoque per quartam huius linea. d.g. erit perpendicularis ad superficiem duarum linearum. a.b. et a.c. igitur ex premissa liquet quod est propositum

Propositio .16.

Si duas superficies equidistantes una superficies secet communis eorum sectiones equidistantes erunt.


Constat equidem ex tertia quod una superficie quascumque duas superficies equidistantes secante communis earum sectiones erunt due linee recte: que cum sint ambe sitae in superficie secante. si ipse non fuerit equidistantes ponantur ad quotlibet unum punctum concurrere: erit itaque ut unus atque idem punctus sit in utraque illarum duarum sectionum communium curvaq. una illarum communium sectionum sit in una duarum superficieq. sectarum et reliqua in altera. sequitur superficies illas que posite sunt esse equidistantes concurrere: hoc autem impossibile est. Erunt igitur coes earum sectiones equidistantes quod est propositum. **C**Ex hac et premissa potes elicere conclusionem unam similem. 30. primi videlicet istam. Si fuerint due superficies unius equidistantes ipse quoque erunt adiuvicem equidistantes. Positis enim tribus superficiebus quarum utraque duarum extremarum equidistet medie dico quod necesse est ipsas extremas equidistare adiuvicem. Secentur omnes illi tres superficies duabus superficiebus se quoque in unum secantibus: eritque ex hac. 16. communis sectiones duarum extremarum superficieq. equidistantes sectionibus medie: quare ex. 30. primi ipsi etiam sectiones duarum extremarum superficieq. erant equidistantes adiuvicem. Et quia ipse contingunt se in communione duarum superficieq. tres positae superficies secantium ex premissa evidenter constat quod diximus.

Propositio .17.


Si superficies tres vel plures equidistantes duas rectas lineas in unum contingentes vel equidistantes secet illarum linearum portiones proportionales esse probantur.

CIntelligant enim due recte linee penetrantes qualitercumque contigerit tres superficies equidistantes aut etiam plures tribus. dico itaque duas portiones illarum linearum inter quaslibet duas lineas superficies interceptas proportionales esse quibusque duabus inter alias duas ex illis equidistantibus superficiebus interceptis. Coniungant enim duc extremitates illarum duarum linearum ducata inter eas linea una diagonalis: eritque hoc diagonalis cum utraque illarum duarum linearum penetrantibus superficies oppositas in superficie una illas equidistantes superficies positae secant. si ergo hae superficies coes sectiones quod per premissa erunt equidistantes cogitatorem protractris ex prima parte secunde sexti constabit propositum.

Propositio .18.



LIBER



Si in superficie assignata orthogonaliter stet sit: linea ois superficies a linea illa quorsum liber ducta ad eandem assignatam superficiem erit orthogonaliter erecta.

Cum enim linea. a.b. erecta perpendiculariter sup assignatā superficiē et a linea. a.b. pducatur superficies quorsū libuerit: quā dico sup propositam superficiem esse perpendiculariter erectam. cum enim ipsa secet superficiem assignatam: erit earum cōmuni sectio linea recta ex. 3. huius. sitqz. b.d. in hac ergo cōmuni sectione signato punto quolibet qui sit. d. extrahatur ab eo. In superficie que producta est a linea. a.b. linea quedā perpendicularis ad lineā. b.d. que sit d.c. critqz ex secunda pte. 28. primi linea. c.d. cōquidistans: lineā. a.b. ideoqz ex. 8. huius linea. c.d. est etiā perpendicularis ad superficiē propositā: quia ergo hoc modo quilibet linea protracta orthogonaliter a quolibet punto linea. b. d. ad ipsam lineam. b.d. in ipsa superficie que producta est a linea. a.b. est perpendicularis ad propositā superficiem ex diffinitione superficie supra superficiē orthogonaliter erēt: cōstat vero esse qđ propositū est. **P**ropositio .19.

Si due superficies se innicē secantes supra unam superficiem erecte fuerint orthogonaliter cōmuni carum sectio ad eandem superficiem perpendicularis erit.

Csint due superficies. a.b. et c.d. secūnicē secantes erecte orthogonaliter super assignatā superficie: sitqz cōmuni caꝝ sectio linea recta. e.f. hanc dico esse perpendicularē ad assignatā superficiem. alioquin a puncto f. qui est cōis termin⁹ sectionū duar⁹ superficieꝝ secantīꝝ: et tertie superficie secte pducatur una linea recta que sit. f.g. in superficie. a.b. perpendicularis ad superficiē assignatā. itēqz ab eodē pucto ducatur alia perpendicularis ad eandē superficie que sita sit in superficie. c.d. et ipsa sit. f.h. eruntqz due linea. f.g. et f.h. orthogonaliter insistentes super punctū vnu ad superficie assignatā: hoc aut̄ impossibile per. 13. huius Tales aut̄ lineas posse ptractari a puncto. f. in utraqz duar⁹ superficieꝝ. a.b. et c.d. cū. e.f. nō fuerit perpendicularis ad assignatā superficie dubitare nō cōcūnit. Intel ligat̄ quidē linea. f.b. cōis sectio superficie. a.b. et superficie assignate et linea. f.d. superficie. c.d. et superficie assignate. Si igit̄ linea. e.f. fuerit perpendicularis ad utraqz duar⁹ lineaꝝ. f.b. et f.d. ipsa etiā erit perpendicularis ad superficie assignatā ex q̄ta huius. si aut̄ ad neutrā sit. f.g. perpendicularis ad. f.b. et f.h. perpendicularis ad. f.d. deinde a puncto. f. ptractare in superficie assignata unā linea perpendicularē ad linea. f.b. q̄ ex dione superficie sup̄ aliā superficie orthogonaliter erecte cū linea. f.g. ptingebit angulū rectū: p̄ quartā igit̄ hui⁹ erit linea. f.g. perpendicularis ad superficie assignatā. Eodē quoqz mō ptracta alia linea a puncto. f. i. superficie assignata q̄ sit perpendicularis ad linea. f.d. sequit̄ ex dione predicta et ex quarta hui⁹ linēa. f.b. eē perpendicularē ad superficie assignatā qđ ē impossibile p. 13. huius. Qđ si p̄sueare linea. e.f. esse perpendicularē ad linea. f.b. sed nō ad linea. f.d. sequit̄ modo consimili duas linea. e.f. et f.b. esse perpendicularares ad superficiem assignatam: qđ nihil minus ē impossibile. **P**ropositio .20.

Si tres anguli superficiales solidū angulū ptingeāt illoꝝ triū angulorum quiqz duo ppter accepti reliquo sūt maiores.




Csint tres linea. a.b. a.c. a.d. piramidaliter erecte supra superficiem. b.c. d. continentres tres superficiales angulos ex quib⁹ solidus

perficitur angulus in punto. a. dico quoslibet duos ex ipsis superficialib⁹ angulis solidum angulum in punto. a. constituentibus pariter acceptos tertio eē maiores. Si enī bi tres anguli superficiales fuerint sibi inuicem eq⁹les: aut si duo tantū equales tertio exīste minore vtrolibet duoz equaliuz: p̄stat p̄ cōcūm scientiā verum esse qd̄ dicitur. Qd̄ si eoz vnuis vtrolibet duoz reliquoz maior fuerit sine illi duo ponanⁱ equales sive non equales: adhuc constat illum maiorem cum vtrolibet duorū reliquoz pariter acceptoꝝ tertio esse maiore. Sed et illos duos minores pariter acceptos hoc tertio qui maior vtrolibet ponitur esse maiores: sic collige. esto enim triū propositorum angularum superficialium angularis. c. a. d. maior vtrolibet reliquoꝝ duoz. Ex ipso ergo abscindam angulum. c. a. d. equalē angulo. b. a. d. practa linea. a. e. et sumā ex hac linea. a. e. linea. a. g. et ex linea. a. b. linea. a. f. quas ponam esse equales et protraham lineam a punto. g. qualiterq; contingat in superficie duarū linearū. a. c. et. a. d. quoisq; secet. a. c. in punto. h. et. a. d. in punto k. et ipsa sit. b. g. k. et producā lineas. f. b. et. f. k. cum sit igitur. a. f. equalis. a. g. posita. a. k. cōnuni erit per quartarū primi. f. k. equalis. k. g. et qd̄ ex. 20. prime due linee b. f. et. f. k. sunt maiores linea. b. k. erit per cōceptionē. b. f. maior. b. g. ideoq; per 25. primi cū su linea. a. f. equalis linee. a. g. erit angulus. f. a. b. maior angulo. b. a. g. per cōceptionē igitur cōstat duos angulos. b. a. f. f. a. k. pariter acceptos eē maiores angulo. b. a. k. qd̄ erat demonstrandū.

Propositio .21.

Monis angulus solidus quatuor rectis agalis minor esse probatur.

Anguli solidi quantitas ex anguloꝝ superficialiū ipsū solidū continentum quantitate determinatur: bac ergo. 2 i. proportionaliter p̄ponit quoq; quoslibet superficiales angulos solidū quēlibet cōtincies pariter acceptos quatuor rectis angulis esse minores. Sit enī triangula piramis a. b. c. d. cui⁹ supremus angulus cū possit esse quilibet suoꝝ anguloꝝ hic tñ sit. a. de quo dico q̄ tres superficiales anguli ipsū. a. p̄tinentes sint minores quatuor rectis. Constat enī ex. 32. primi. 9. angulos triū rānguloꝝ hanc pyramidē circūstantium et ipsi sunt. a. b. c. a. c. d. a. d. b. estc̄ equales sex angulis rectis: de trib⁹ aut angulis basis ei⁹ que ē triāgulus. b. c. d. cōstat quoq; p̄ eandē q̄ ipsi sunt equales duobus rectis. cum igitur sex anguli trium trianguloꝝ predictoꝝ hanc nostram pyramidē de cuius supremo angulo disputamus circūdantiu: qui inq; sex anguli cum tribus angulis basis reliquos tres angulos solidos pyramidis continent: sint ex premissa ter assumpta maiores tribus angulis basis: sequit ipsos sex angulos ēē maiores duobus rectis: ex. nouē. igit̄ angulis trium trianguloꝝ pyramidē circūdantiu bis sex angulis demptis crunt ex cōmuni scia reliqui tres et ipsi sunt qui constitūt solidū angulū. a. miiores. 4. rectis. Si aut̄ angul⁹. a. sup̄mus i. asūpta piramide pluri⁹ angulis superficialib⁹ quā trib⁹ p̄ineat qd̄ erit hī multitudinē anguloꝝ sue basis: tū igit̄ oēs anguli om̄ trianguloꝝ ipsā piramide circūdantū p̄iter accepti sint ex. 32. primi tot rectis angulis eq⁹les quā ē numer⁹ anguloꝝ sue basis duplicat⁹: eo q̄ tot ne ēē triāgulos pyramidē circūdātes quot fuerit anguli sue basis. Lūq; om̄es anguli sue basis sint tot rectis angulis eq⁹les quantū ē numer⁹ anguloꝝ suoꝝ duplicitus: demptis inde. 4. ut in. 32. primi demonstratum est. Lunq; igit̄ om̄es an-



LIBER

guli trianguloꝝ piramidē circūdātiū qui sup latera basis ipsiꝝ piramidis cōsistunt pariter accepti sint maiores omnibus angulis basis piter acceptis vt evidēter constat ex premissa totiès quot angulos basis habuerit repetita.adhuc necessario sequitur ex cōsciā scia superficiales angulos solidū angulū:a. continentēs piter acceptos esse minores quatuor rectis:eo inquā minores quo oēs anguli trigonoꝝ piramidē circūdantū qui sup latera basis statute piramidis cōsistant excedunt oēs angulos basis pariter acceptos.

Propositio .22.


Si tres anguli superficiales quoꝝ quinqꝫ duo pariter accepti tertio sunt maiores cunctis libi inuicem equis lineis contineantur de tribus basibus angulos illos ab ipsis lineis equalium terminis subtendēbus triangulum substatu vel constitui possibile est:

Contra tres superficiales anguli.b.a.c.e.d.f.h.g.k. ut pponit: tales videlicet ut qui qz duo eoz tertio sint maiores. sintqz sex latera eos continentia equalia que sunt a.b.a.c.d.e.d.f.g.h.g.k. et subtendant̄ tis tres bases que sunt. b.c.e.f.b.k. Ex his ergo tribus basibus triangulū ait constitui posse. Esto enī angulus.b.a.l. equalis angulo.d. et linea.a.l. linea.d.e. et protrahant̄ l.b.l.c. eritqz ex. 4. primi linea l.b. equalis linea.e.f. ex hypothesi vero pstat to talem angulū.a. esse maiorem angulo.g. erant enī quiꝝ duo ex tribus angulis.b.a.c.d. et g. tertio maiores igit ex. 24 primi linea.l.c. linea.b.k. ē maior. cunqz sint ex. 20. primi due linee.l.b. et b.c. maiores linea.l.c. sequitur duas lineas.l.b. et b.c. esse multo fortius maiores linea.b.k. quia igitur l.b. ēt equalis.e.f. erunt due linee.b.c. et e.f. maiores linea.b.k. Non stat itaqz hoc modo quasqz duas lineas ex tribus lineis.b.c.e.f. b.k. ēt longiores tertia: igit ex. 22. primi constat verum ēt qd dicitur: hoc dūtaxat addito q si duo anguli.b.a.c. et d. pariter accepti sunt equalis duobus rectis erunt due linee l.a. et a.c. ex. 14. primi linea vna: que cum sit equalis ex hypothesi duabus lineis.g.b. et g.k. que ex. 20. primi longiores sunt linea.b.k. cunqz ex eadē linee due.l.b. et b.c. sint longiores linea.l.c. sequitur vt prius.b.c. et e.f. piter acceptas ēē longiores b.k. At vero si duo predicti anguli sunt maiores duobus rectis: erunt ex. 21. primi due linee.a.l. et a.c. ideoqz et due.g.h. et g.k. breuiores duabꝫ q sūt.l.b. et b.c. quare vt prius.b.c. et e.f. pariter accepte sunt longiores linea.b.k.

Propositio .23.

Ribus angulis superficialibus propositis: quoꝝ quiꝝ duo piter accepti tertio sunt maiores omnes aut tres simul quatuor rectis angulis minores: ex tribus illis equalibꝫ qualēcunqz sint solidū angulum constituere.

Contra ppositi tres anguli superficiales qui sunt. a.b.c. de tribus illis equalibus volumis vnu solidū angulū constituere oportet: igit ex. 21. b. ut quiꝝ duo eoꝝ pariter accepti tertio sunt maiores et ex. 21. huins ut omnes piter accepti quatuor rectis angulis sint minores ex ipsis itaqz sint hec posita: latera vero eos continentia cuncta adiuicem sint equalia eisqz subtendantur tres bases et ipse sint d.e.e.f. et f.d. eritqz ex premissa possibile de tribus lineis his basibus equalibꝫ triangulū constituiri. Sit igit ex cis cōstitut⁹ hī doctrinā. 22. primi triangulus. d.e.f. constitutus: cui sicut docuit quinta quarti circūscribat circulus. d.e. f. supra centrum. g. et protrahat: g. d. g. e. g. f. que cū sint adiuicē cōqles ex dione circuli lateraqz





XII

tres ppositos angulos ambientia equalia ex hypothesi necesse est ut eaz quilibet quolibet illorum laterū sit minor equalē aut maiorē esse est impossibile Si enī linea exiens a centro.g.ad circūferētiā circuli.d.e.f.esset equalis alicut latez.a.d a.e.b.e.b.f.c.f.c.d.sequeretur propterea que posita sūt annuente.s.primi tres an gulos.a.b.c.ppositas esse equales tribus angulis.d.g.e.c.g.f.f.g.d. cūqz hi tres sint equalis quatuor rectis angulis ut facile p̄z ex.13.primi; protracta paulisp vna linea exentiā a centro ad circūferētiā in continuum et directū: essent etiā tres anguli.a.b.c.equales etiā quatuor rectis qd est cōtra posita. Qd si esset maior su perpositis tribus triangulis quorum sunt anguli.a.b.c.trib⁹ triāgulis diuidenti bus triangulum.d.e.f. vnoquoqz illi cū quo cōicat in basi itaqz bases supponant basibus equalis videlicet equalibus et anguli.a.b.c.cadant ad p̄tem puncti. g. se queret ex.21.p̄mi tres agulos.a.b.c.cīle maiores trib⁹ qui sūt.d.g.e. e.f.g.f. g.d. cēnt itaqz maiores qtuor rectis qd ē ampli⁹ p̄trariū positis delinquit itaqz vnu quodqz ex sex lateribus tres ppositos angulos ambientibus maius esse linea egredi ente a centro.g.ad circūferētiā.d.e.f. ideoqz etiā potentius. Sit igitur potentius i linea.g. b.que sit scdm. 12.b⁹ orthogonaliter ercta sup superficie anguli vel circuli d.e.f. demittaturqz tres ypothemise.b.d.b.c.b.f. quas dico cōtinere angulos tres superficies equalis tribus propositis constituentes angulū solidum in punto.b cū enī quadratū linee.a.d.sit equale duob⁹ quadratis duaz lineaz.d.g. 7. g.b.ex hypothesi At quadratū linee .d.b.sit cōuale esdē ex penultima primi necesse est ii neā.a.d.esse cōuale linee.d.b codēqz modo et lineā.a.e.linee.c.b.igī ex.8.p̄mi cū bases etiā sint equalis erit angulus.a.equalis angulo.d.b.c.silr quoqz nō erit angulus.b.equalis angulo.e.b.f. et angulus.c.equalis angulo.f.b.d. quare cōstat factū eē quod facere disposuimus.

Propositio .24.

Si superficiebus equidistantibus solidum cōlineatur eius opposite superficies sibi inuicē equalis sunt et equidistantiū laterum. Quicquid dicant alij solidū equidistantibus superficiebus contentum superficiebus paribus necesse est cōineri que sicut eē nō possunt pauciores sex ita possunt esse in omni numero pari senariū excedente. Constat enī columnā exagonā posse. s.superficiebus que bine bine opposite sibi inuicem equidistant contineri:sic quoqz octogonā. 10. et decagonā. 12. et ad istaz similitudinē in infinitū. s̄z hoz omnū solidoz equidistantibus superficiebus contentorū que infinita esse pronuncio solū illud dicit̄ parallelogramū cuius omnes superficies ipsū ambientes palellogramme sunt et istud sex superficiebus dūtaxat necesse est ambiri: de tali itaqz qd sex tñi superficiebus ambit̄ dico deberec intelligi q̄ hec.24. pponit̄ sic igī talc solidum corpus.a.b.cuius omnino superficies fac vi solidō habitu mente cōprehendas: patebitqz tibi vnaquaqz earū quatuor ex reliquis secare cuius quatuor latera cum sint cōunes sectiones ipsius secantis et quatuor sectaz. Sint autē ille quatuor secte bine et bine b̄m q̄ adiuicem opponunt̄ equidistantes ex ypothesi: sequit̄ ex.16.bis assumpta ut quatuor latera hui⁹ superficie secantis et quatuor sectaz sint adiuicē bina et bina equidistātia. Lō stat itaqz scdm. At vero ex.34.primi manifestū ē oia latera opposita istaz sex superficieaz eē equalia: erūt igī bina latera angulū planū cōinētia cuiusqz eaz equalia binis lateribus angulū planū in superficie sibi opposita p̄tinentib⁹. anguli quoqz ab illis binis et binis lateribus p̄tenti equalles p.10.b⁹: igī ex p̄uersa penultime cois



LIBER

scie in primo libro posite necesse est quasq; duas superficies in solido. a.b. oppositas esse sibi inuicem equales qd est propositum. **Propositio .25.**

Si superficies quedam secet solidum parallelogramum eqdistanter duabus iplius solidi superficiebus oppositis duo partialia corpora que ad illam secantem superficiem velut ad communem terminum copulantur suis balibus sunt proportionalia.



Cit corpus. a.b. solidum parallelogramum et secet ipsum superficies. c.d. equidistanter duabus eius oppositis superficiebus que sunt. a.e. et f.b. et sit superficies g.b. basis ipsius solidi. a.b. de qua constat per premissa q ipsa sit equidistantium laterum et sit eis sectio duarum superficie. c.d. et g.b. linea. b:d. de qua constat p. huius q ipsa sit linea recta et p. 16. huius q ipsa sit equidistans. g.e. ideoque sunt due superficies. g.d. et h.b. equidistantia laterum et ipse sunt bases duorum partialium corporum in que superficies. c.d. dividit solidum. a.b. dico itaque q pportio solidi. a:d. ad solidum. b.c. est sicut basis. g.d. ad basim. b.b. protrahant enim virinq; quantum libuerit. quatuor linee penetrantes superficiem. c.d. sup eius angulos et ipse sunt. a.f. et e.b. cum duabus reliquis sibi equidistantibus. Sumantur ex eis omnibus portiones ex parte puncti. b. quot libuerit que ponant singule equeles linee. b.d. et ex parte puncti. c. alie sint quot libuerit que ponant eaequeles linee. e.d. sup quas virinq; constituantur solida parallelograma secundum suas longitudinem exigentium. Sintque ex parte puncti. b. solida. f.k. et l.m. et ex parte puncti. e. solida. a.n. et q. a. critque ex dione corporum equalium atque similiū vnuqdque solidorum. f.k. et l.m. quale solidum. e.b. et vnuqdque. a.n. et p.q. est equale a.d. fiat igit argumētū quāadmodū in prima sexti ē enī solidū. c.m. ita multiplex solidi. b.c. sic basis. b.m. basis. b.b. et solidū. q.c. ita multiplex solidi. a.d. sic basis. q.b. basis. g.d. et si basis. b.m. ē equeles basi. q.b. solidū. c.m. est equele solidum. q.c. ex dione corporum equalium atque similiū et si basis ē minor basi et solidū ē min⁹ solidum et si maior mai⁹ qd p ex dione eadem relata majori basi ad equalitatē minoris et descripto super eam solido parallelogramo. itaq; ex dione īcōtinue pportionalitatis pportio solidi a.d. ad solidū. c.b. sicut basis. g.d. ad basim. b.b. qd est ppositum. Qd si superficies aliqua secet corpus seratile equidistanter duabus eius triangularibus superficiebus oppositis duo partialia corpora que ad illam secantem superficiem velut ad communem terminum copulantur suis basib⁹ erunt proportionalia.

Cit enim. a.f. corpus seratile cuius sint due trigone superficies. a.b.c.d.e.f. Est stat igit ex dione seratilis vnaquaque trium superficie que sunt. a.b. d.e.b.c.e.f.a.c.d.f. ē parallelogramum: secet igit superficies. g.b. k. istud seratile equidistanter duabus eius oppositis superficiebus quae sunt a.b.c.d.e.f. dico q pportio seratilis. a.k. ad seratile. g.f. ē sicut basis. a. k. ad basim. g.f. qd sicut de solidis parallelogramis pbat pti actis enī in viraq; pte lineis. a.d.b.c.c.f. factisque inter cas ex parte puncti. e. seratilibus equalibus seratili. g.f. et ex parte puncti. b. alijs equalibus seratile. a.k. virinq; quoquis numero ex dione incontinue pportionalitatis. si cuncta vigili mente plustres nō erit tibi difficile concludere quod diximus.

Propositio .26.

Aper datum punctū date linee angulo solido proposito equalē angulum solidū constituere.

Colidus angulus propositus sit. a. qui continet tribus lineis. a.b. a.c. a.d. tres superficiales angulos ipsū solidū sufficietes continentib⁹ cui sup punctū. e. linee. e.f. pposita que ad libitū pponentis iaceat: aut in sublimi cōsurgat iubemur



XI


equalē angulum solidū cōstituere qualiscūqz sit situs linee.e.f.a punto.g.vbicūqz volueris signato: p̄ducito lineaā.g.e.eruntqz ex sc̄oā b̄ due linee.e.f.z.g.c.i sup̄cie vna.in bac itaqz superficie super punctū.e.datū in assignata linea sc̄om p̄siliuz 23.primi constitue angulū equalē angulo.b.a.c.z ipse sit.f.e.g. debinc ex linea.a.d.abscinde lineam.a.b.sicut volueris z a punto.b. producito perpendicularē b.k.ad superficiē in qua sunt due linee.a.b.z.a.c.qd̄ qualiter faciendum sit.11.bu ins docuit:nec sit igitur tibi cura de punto.k.Nihil enī refert ut p̄pendicularis b.k.occurrat superficie in qua sunt due linee.a.b.z.a.c.inter ipsas lineas aut extra aut in eaz altera ducito tñ lineaā.a.k.positoqz punto.l.in linea.a.b.vbicūqz volueris p̄trahē lineas.k.l.z.l.b.z pone angulū.f.e.m.in sup̄ficie lineaz.c.f.z.e.g.equalē angulo.b.a.k.z lineaā.e.m.equalē linee.a.k.z ex linea.e.f.sumē lineaā.e.p.equalē linee.a.l.z a punto.m.educ lineaā.m.n.p̄pendicularē ad superficiē in qua sunt due linee.e.f.z.e.g.z pone eā equalē.b.k.z protrahē lineas.c.n.n.p.z.p.m.dico igit̄ tres lineas.e.f.z.e.g.e.n.cōtinere angulū solidū in puncto.e.equalē angulo.a.proposito:cū sint enī ex hypothesi duo latera.a.k.z.k.b.triāguli.a.k.b.equa lia duobus lateribus.e.m.z.m.n.trianguli.e.m.n.z anguli qui sunt ad.k.z ad.m recti ex diffinitione lince perpendiculariter erecte supra superficiē erunt ex quarta p̄mi due linee.a.b.z.e.n.equales:per eandē quoqz erunt due linee.k.l.z.m.p.equales.ideoqz etiā p̄ eandē.b.l.z.n.p.equales:cum sint.b.k.z.k.l.equales.m.n.z.m.p.z anguli.b.k.l.z.m.n.p.recti p̄.s.igit̄ primi erit angulus.n.e.p.equalis angulo.b.a.l.Simili quoqz mōdo p̄babis angulū.g.e.n.esse equalē angulo.c.a.d.constat itaqz nos effecisse qd̄ volumus: h̄tū si studiosus institeris quotcūqz lateribus a.solidus angulus p̄positus cōtineat qd̄ a te perit sine offēdiculo perficere poteris

Propositio .27.


Super assignatā lineam dato solido equidistantium superfici erum simile solidum constituere. C Sit assignata linea.a.b.de cuius sitū vtrū in plano iaccat vel sursum exurgat nihil curet:sitqz as signatū palellogramū solidū corpus.c.d.cui sup̄ linea.a.b.iubemur simile solidū fabricare.Sint igit̄ tres lince p̄tinentes superficiales angulos ex quibus ponit̄ solidus angulus.c.inscripte litteris.c.e.c.f.c.g.At sc̄om p̄cepta premissa super punctū.a.linee.a.b.cōstituat̄ angulus solidus equalis.c.que cōtineat̄ tres linee.a.b.a.b.a.k.z auxilio.10.sexti sit p̄portio.c.e.ad.a.b.z.e.f.ad a.b.z.g.c.ad.a.k.p̄portio vna:debinc a trib⁹ punctis.b.h.k.p̄trahant̄ sex linee b.l.equidistans linee.a.b.z.b.m.equidistans linee.a.k.itex b.l.equidistans linee a.b.z.b.n.equidistans linee.a.k.rursus quoqz.k.n.equidistans.a.b.z.k.m.equidistans.a.b.amplius aut̄ p̄trahant̄ m.p.equidistans.b.l.z.p.l.equidistans.b.m.p̄trahant̄ quoqz z linea.p.n.eritqz cōpletū solidū palellogramū.a.p.quod dico eē simile solido.c.d.hoc aut̄ ex dione silium superficiez z dione silium corporoz si earum memineris facile cōcludes.

Propositio .28.

Sup̄ficies aliqua solidū palellogramū sup̄ duas quaslibz oppositas superficies eins terminales z sup̄ eaz duas diametros fecet eadē superficie corp⁹ illud p̄ equalia secare necesse est. C Sit corpus.a.b.solidū palellogramū de quo sit positum q̄ superficies.a.b.c.d.secet ipsū sup̄ diametros duas superficerū op̄positaz ipsū solidū terminatiū q̄ sint.a.d.z.c.b.dico q̄ ipsa dividit istud solidū



LIBER



ppositi per equalia. cōstat enī q̄ ipa diuidit illud solidū in duo seratilia quoꝝ sup ficies quadrilateras binas & binas ad inuicē relatas sc̄m q̄ ipse sunt opposita la tera solidi ppositi manifestū ē ex. 24. bū? eē equales cū solidum de quo loquimur positi sit eisē palellogramū: ex eadē quoꝝ 2.41. primi cōstat trilateras supficies di ctoꝝ seratiliū esse equales: igit̄ a dione solidorū equaliū liquet quod propositum est

Propositio .29.

Cuncta solida equidistantium superficieꝝ eque alta atq̄ i eadē basi sup vñā lineā constituta probantur esse equalia. **T**herz ē q̄ solida equidistantiū lateꝝ eque alta sive iter superficies eq̄ distantes super vñā & eadē basim cōstituta sunt adinuicē equalia si cut de superficiebus equidistantiū lateꝝ super vñā basim & inter line as equidistantes cōstitutis ut in. 35. primi demonstratiū est. sed talium solidorū que dā dicuntur cōstitui super lineā vñā & sunt illa quoꝝ supremaz superficieꝝ duo op posita latera sunt bñ rectitudinē p̄tracta linea vna: & de talibus hec. 29. proponit demonstrandū ipsa oia esse equalia adinuicem. sunt aut̄ eoꝝ alia que nō dicuntur cōstituta super lineā vñā & sunt illa quoꝝ supremaz superficieꝝ duo latera oppo sita quecūq̄ sumant bñ rectitudinē p̄tracta nō sunt linea vna & de talibꝝ sequens demonstrandū pponet ipsa quoꝝ oia ēē adinuicē equalia. Sint itaq̄ duo solida palellograma eque alta sive inter superficies equidistantes. a.b. & a.c. cōstituta sup vñā basim que sit. a.d. quoꝝ supreme superficies sint. e.b. & f.c. Sintq̄ hæz supp maxz superficieꝝ duo latera opposita cū sc̄m rectitudinē p̄trahant linea vna & ipsa sunt. e.f. & b.c. dico itaq̄ q̄ solida. a.b. & a.c. sunt equalia: hoc aut̄ si figurā ci⁹ bñ q̄ oportet actu vel cogitatione fabricaueris & quēadmodū in. 35. primi processeris idem faciens hic de seratilibus qđ ibi de triangulis facile cōcludere poteris occur runtoꝝ tibi hic eedem diuersitatis in solidis que ibi in superficiebꝝ occurrisse nouisti

Propositio .30.

Cuncta solida equidistantiū superficieꝝ eque alta que i eadē basi nō aut̄ sup lineā vñā fuerint p̄stituta pbant esse equalia. **S**int nūc duo solida palellograma eque alta sive inter superficies eq̄ distantes sintq̄ sup vñā & eadē basim sed nō sup lineā vñā p̄stitutaz dico itez ea ēē equalia. Esto enī duo solida palellograma. a.b. & a.c. eque alta sive inter superficies equidistantes p̄stituta sup vñā basim que sit. a.d. s̄ nō super vñā lineā: sintq̄ eoꝝ supreme superficies. e.b. & f.c. quaz opposita latera bñ rectitudinē p̄tracta nō erūt linea vna. cūq̄ ipsa ex ypothesi sint i vñā superficie eo q̄ solida proposta sunt inter superficies equidistantes: necesse ē vt duo latera vni us earum p̄tracta sc̄m rectitudinē secēt duo alterius eaz p̄tracta sc̄m rectitudinē: protrahat̄ itaq̄ duo opposita latera superficii. e.b. que sint. e.g. & b. & duo opposita superficii. f.c. que sint. k.f. & c.l. & secēt se sup quatuor pūcta. m.n.p.q eritq̄ superficies. m.n.p.q. equidistantiū lateꝝ equalis vnicuiq̄ triū superficiū. quaz vñā ē basis ppositis solidis cōis & ipsa ē. a.d. & due reliquie sunt supreme su perficies corundē solidorū & ipse sunt. e.b. & c.f. ductis itaq̄ lineis a quatuor pun ctis. m.n.p.q. ad quatuor angulos basis. a.d. sibi sc̄m directā habitudinē relatōs q̄ sit. n.a.m.r.p.s.q.d. perfectū erit solidū parallellogramū. a.q. i eadē basi cū vtrō qz duoz priorz & eque altū & sup lineā vñā cū vtrōqz ipsoꝝ: per premissaz igit̄ vtrū libz duoz solidorū ppositoz que sunt. a.b. & a.c. ē equale solido. a.q. p̄ceptionem

XI


ergo est solidū. a. b. eque solido. a. c. q̄re constat p̄positū. C̄ Potes quoq; pueras huīs & premisse p̄bare si libet ducendo ad impossibile: pones enī quilibet duo so lida parallelograma eē eq̄lia & p̄stituta super eandē basim equidistātia & demōstra / bis ca eē eque alta. Erūtq; hee & premissa tue demōstrationis mediū: impossibile aut ad quod duces etit: partē suo toti esse equalē: qđ evidenter patebit si de illo soli do qđ altius eē mentī aduersarius cū tñ ambo posita sint equalia & sup eandē ba sim cōstituta vñū solidū parallelogramū eque altū demissiori abscideris: hoc autē abscisum' equale esse demissori cōvinces ex hac & premissa. ideoq; & toti illi a quo ipsum abscideris ex cōsciā.

Propositio .31

Solidā equidistantiū superficieꝝ in basibꝫ equis cōstituta si fuerint eque alta lineeq; eius angulares supra bases orthogonaliter steterint erunt equalia.

C̄ Et hoc quoq; vñ ē q̄ oia solida parallelogramā in 'equis basib' atq; inter superficies equidistantes sive eque alta constituta sunt ad inuicē equalia sicut de superficiebꝫ equidistantiū laterū super euales bases & in / ter lineas equidistātēs constitutis in .36. primi probatū ē. At taliū solidorū alia sūt quoq; angulares linee super suas bases orthogonaliter erigunt̄ de quibꝫ hec. 31. p/ ponit demōstrandū esse ca eē equalia. Alia vero sunt quoq; angulares linee super suas bases nō sunt orthogonaliter erecte: de quibus sequēs demōstrādū proponit ea eē equalia: intelligent̄ itaq; super duas bases. a. b. & c. d. que sint euales & qui distantiū lateꝫ nō sūt vnius creationis. sed sit. a. b. tetragonus longus. & c. d. simile helmuaym̄ duo solidā equidistantiū laterū cōstituta eque alta sintq; linee erecte super angulos p̄positarū basiū perpendicularares ad ipsas. dico hec duo solidā ad in / vicē esse equalia protrahant̄ itaq; duo latera basis. a. b. & sint illa que cōtinēt an / gulū. b. vñq; ad. f. & e. & fiat angulus. f. b. g. equalis angulo. c. basis. c. d. & sumat / due linee. b. f. & b. g. euales duobus lateribus basis. c. d. que cōtinēt angulū. c. & / perficiat superficies equidistantium laterum. b. b. que erit equalis & silis basi. c. d. dehinc protrahat̄ b. e. equidistantis. b. f. & f. k. equidistantis. b. e. eritq; quadrilatera / superficies. b. k. equidistantiū laterū equalis. b. b. ex. 35. primi: cūq; b. b. sit equa / lis. c. d. erit per cōceptionē. b. k. equalis. a. b. Lōpleat̄ itaq; superficies equidistan / tium laterum. b. l. protracta linea. k. f. quousq; cōcurrat cū vno ex lateribus conti / nentibus angulū. a. in pñcto. l. age ergo super tresuperficies equidistantiū late / rum que sunt. b. b. b. k. b. l. cōstituātur eque alta solida solido cōstituto super basim. a. b. sintq; linee omniū solidorū istorum erecte super bases perpendicularares ad ip / sas & appellantur bases & solida super eas cōstituta cisdē nominibus. manifestum / est ergo ex diffinitione solidorū equalium atq; similiū q̄p̄ duo solidā. b. b. & c. d. equalia atq; similia sunt: de solidis aut̄. b. b. & b. k. constat ex. 29. q̄p̄ ipsa sūt equa / lia; sunt enī eque alta & cōstituta super vñā & eandē basim & ipsa ē superficies ere / cta super lineā. b. f. & super lineā vñā: ē aut̄ p. 25. proportio solidi. a. b. ad solidum b. l. sicut basis. a. b. ab basim. b. l. & per eandem solidi. b. k. ad solidum. b. l. sicut ba sis. b. k. ad basim. b. l. cunq; sit vtriusq; duarum basium. a. b. & b. k. ad basim. b. l. vñā proportio: ex prima parte. & quinti erit vtriusq; duorū solidorum. a. b. & b. k. ad solidum .b. l. proportio vñā igitur ex prima parte noni quinti erunt duo soli / da. a. b. & b. k. equalia: at quia solidū. b. k. est equale solido. b. b. solidūq; b. b. so / lido. c. d. sequit̄ ex cōsciā solidum. a. b. eē eque solido. c. d. quod est propositum.

n 3




Propositio .32.

Si solida equidistantiū superficieꝝ in equis basibus constituta eque alta fuerint linee autē angulares supra bases orthogonaliter nō steterint: ipsa eē equalia necesse est. Fabricatis duob⁹ corporibus ut proponitur videlicet q̄ sunt equidistantiū terminoz et eque alta et sup bases equas perpendiculariter nō aut super bases suas erecta sed ambo super eas inclinata. Si autem a quatuor angulis supremaz superficieꝝ ipsoꝝ ad bases suas perpendiculares ducantur q̄ ex e. erit singulares equidistantes et etiā ex hypothesi singule singulis equales ipse enī solidoz ppositoꝝ altitudinē diffiniunt: et si inter eas solida equidistantiū laterum pficiant constabit ex premissa hcc duo solida ultimo constituta esse adiuvicē equalia. Lungz duoz prioroz et duoz posterioroz sint ecđem bases videlicet eoz superficies supreme: constat ex. 29. vel. 30. et hac cōmuni sc̄ientia: quecūq; equalibus sūt equalia sibi inuicē sunt equalia vero esse qđ ppositū est. Ex his potes cōuersas huius et premissae cīdē medianib⁹ indirecte demōstrare si libet eodē mō et ad idē icōuenies sicut in cōuersis duas istas antecedentiū deducēdo: pones enī duo solida parallelogramma eē equalia et sup equales bases et cōvinces ea esse eque alta vel pones ea eē eque alta et cōlia et cōvinces ea eē sup bases eōles. Propositio .33.

Nonna solida equidistantiū superficieꝝ eque alta suis basibus sunt proportionalia. Sint duo solida equidistantiū superficieꝝ eque alta cōstituta super duas bases. a.b. et c.d. dico q̄ pporatio illoꝝ duoz solidorum vnius ad alterum est sicut pportio suarū basium que sūt. a.b. et c.d. vniꝝ ad alterā. Lōstat quidē ex. 24. Vrāqz hāz duarū basū esse equidistantiū laterū: duo igitur latera opposita et equidistātia in superficie. a.b. p̄trahant et inter ea fiat superficies equidistantiū lateruz que sit. f.e. equalis. c.d. obinc supra superficiem. f.e. cōpleteatur solidum palellogramum eque altū ei qđ cōstitutū est sup basim. a.b. sitqz amboꝝ cois terminus illa superficies que exurgit sup lineā. b.f. hec aut̄ solida et sue bases cīdē nūncipit nominibus. q̄r̄ iſiſ basis. f.e. ē equalis basi. c.d. erit ex. 31. vel. 32. solidū. f.e. equale solidō. c.d. At q̄ totale solidū. a.e. secat superficies exurgens super lineā. b.f. equidistanter duobus lateribus oppositis: erit ex. 25. pportio solidi. f.e. ad solidū. a.b. sicut basiſ. f.e. ad basim. a.b. cunqz sint. c.d. et f.e. tam bases q̄z solida equalia: bases qui/ dē ex hypothesi: solida autē ex. 31. vel. 32. Sequitur ex. 7. quinti bis assumpta semel p̄ basibus et semel p̄ solidis q̄ solidoz. a.b. et c.d. basimqz. a.b. et c.d. sit pporatio vna qđ demōstrare volumus: huius quoqz pversam eadē ipsa mediātē temōstrare quēadmodū pversas precedentia nō ē difficile. pones enī duo solida parallelogramma cē suis basibus proportionalia et cōvinces ea eē eque alta abscisoꝝ ab eo qđ altiꝝ mētiet aduersariꝝ uno solido palellogrammo eque alto demissiori erit abscoſū et demissiꝝ suis basib⁹ proportionalia ex hypothesi et ex hac. 33. cūqz etiā cēnt totale altiꝝ a quo p̄tiale abscidiſti et ipsū demissiꝝ eisdē basib⁹ proportionalia ex hypothesi sequiꝝ ex p̄ma pte. 9. quinti totale qđ aduersariꝝ dicit altiꝝ et p̄tiale qđ ab eo abscidiſtisſe equalia. Propositio .34.

In duo solida equidistantiū superficieꝝ lineis altitudinum super bases orthogonaliter erectis fierint equalia eoz̄ bases eorūdē altitudinibus mutuas esse. Si vero fuerint






XI

duo bases suis altitudinib⁹ mutue ipsa solida sibi inuicē equalia esse necesse est. Quocunq; sint duo solida equidistantiū superficieꝝ equalia eoz bases et altitudines necesse est esse murekesias et econuerso quēadmodū de superficiebus equidistantiū laterꝝ equiangulis. 13. sexti pposuit. Attamē bac. 34. istud demōstrandū proponitur de illis solidis palellogramis in quibus linee altitudinum suis basib⁹ palellogramis orthogonaliter insistunt. ea vero que sequit pponit idē de ceteris. Sint ergo nūc duo solida palellograma. a.b. et. c.d. equalia quoꝝ bases sint a.e. et. c.f. lineeq; altitudinū ipsoꝝ sint super has bases orthogonaliter erecte et sit altitudo solidi. a.b. linea. e.b. et solidi. c.d. linea. f.d. si igitur fuerint due linee. e.b. et. f.d. determinantes ipsoꝝ solidorꝝ altitudines equales adiuicē: cum ipsa quoꝝ solida sint ex hypothesi equalia. erunt ex cōuersa. 31. bases eoz que sunt. a.e. et. c.f. cōiles. ideoq; bases et altitudines erunt mutue: sicq; cōstat ppositi prima ps. et ecōverso cōstat sc̄a ut si altitudines et bases sint mutue: ponant altitudines equalies erūt quoꝝ bases equales. ideoq; p. 3. i. et solidā equalia et sic cōstat secunda ps. At vero si linee. e.b. et. f.d. nō fuerint equales sit. f.d. maior et ex ea resecat. f.g. ad equalitatē. e.b. tribusq; ceteris lineis que sunt altitudinis solidi. c.d. ad eadē mensurā in punctis. b. k. l. resecatis persiciā solidū palellogramū. c.g. eque altū solidō a.b. eritq; ex premissa. a.b. ad. c.g. sicut. a.e. ad. c.f. cū itaq; c.d. sit equale. a.b. erit ex prima pte. 7. quinti. c.d. ad. c.g. sicut. a.e. ad. c.f. p. premissā aut ē pportio. c.d. ad. c.g. sicut. m. f. ad. f.l. qđ p; si vna ex lateralib⁹ superficieꝝ solidi. c.d. et ipsa sit. f. m. intelligat basis ipsi⁹. at per primā sexti. f.m. ad. f.l. sicut. d.f. ad. f.g. ideoq; per 7. quinti. sicut. d.f. ad. b.e. igit. a.c. ad. c.f. sicut. d.f. ad. b.e. cōstat itaq; prima ps. Sc̄am pte cū sit cōuersa prime cōuerso mō pbabis: sit enī eadē dispositione manente pportio. a.c. ad. c.f. sicut. d.f. ad. e.b. dico tunc solida. a.b. et. c.d. ē equalia: erit enī ex 7. quinti. d.f. ad. f.g. sicut. a.e. ad. c.f. sed ex pmissa ē. a.b. ad. c.g. sicut a.e. ad. c.f. igit ē a.b. ad. c.g. sicut. d.f. ad. f.g. ex prima aut sexti ē. d.f. ad. f.g. sicut m.f. ad. f.l. et ex pmissa. c.d. ad. c.g. sicut. m.f. ad. f.l. itaq; c.d. ad. c.g. sicut. a.b. ad. c.g. igit ex 9. 5. a.b. et. c.d. sit equalia: qđ ē propositiū.

Propositio .35.


Si duo solida equidistantiū terminoꝝ fuerint equalia eoz bases eorūdē altitudinibus erūt mutue Si vero bases sine altitudinibus suis mutue fuerint quelibet duo corpora equidistantium superficerum probātur esse equalia. Qđ premissa pposuit de solidis palellogramis quoꝝ linee altitudinū super bases suas orthogonaliter exurgunt. hec. 35. pponit indistincte de omnibus: demōstrare aut cōuenit hāc ex premissa quēadmodū demonstraním⁹. 32. et 33. Fabricat̄ enī duobus solidis equidistantiū laterū quibusq; si linee altitudinū suis basibus orthogonaliter insistunt: cōstat verz esse qđ dicit ex pmissa. Sin autē a quatuor angularib⁹ punctis supremaz superficieꝝ in vitroq; solido quaterne linee demittant perpendiculariter ad bases vel a punctis angularibus insimularum superficieꝝ quaterne erigant̄: iter quas duo solida palellograma pficiant̄ eque alta solidis prioribus. eruntq; ex. 29. et. 30. hec duo solida duobus prioribus solidis equalia. cum igitur horum et eorū sint eedē bases et eedē altitudines: sit autē ex premissa de posterioribus verum est quod hec. 35. proponit verum erit idē etiā de prioribus

Propositio .36.



LIBER

I duo solida equidistantiam superficierum fuerit similia
 proportio erit vtriusq; ad alterū tanq; cuiuslibet sui late
 ris ad suum relatum latus alterius pportio triplicata.
Csint enī duo solida .a.b.z.c.d.palellograma z silia: dico q ppor
 tio vnius eoz ad altez ē sicut vnius lateris eius ad vnu latus alteri
 qd sib i referi pportio triplicata: quēadmodū duarū superficieū silium pportio est si
 cut suoꝝ relatioꝝ latez pportio duplicata ut in .i8.sexti demonstratiū. nā si soli
 da.a.b.z.c.d.fuerint equalia cū ipsa ponant silia erunt ex diffinitionibꝫ siliuꝫ cor
 porū z similiū superficieū cuncta latera vnius equalia suis relatis lateribus alteri
 ideoq; cū duarū quantitatū equaliū pportio triplicata aut quot enslibet sumpta
 nō efficiat nisi equalitatis pportionē: constat in hoc casu v̄ez ē qd proponit. Si
 autē inequalia: sit .a.b.maius cuius longitudo sit .b.e.latitudo. e.f.altitudo. f.a.
 basis.c.r.z sup̄rema superficies.a.n.Solidi vero.c.d.sit longitudo.d.g.latitudo
 g.b.altitudo.b.c.cōstat itaq; ex dione similiū corporū z ex diffinitione similiū sup
 fierū z p̄senti ipotesi q pportio.a.f.ad.c.b.z.f.e.ad.b.g.z.e.b.ad.g.d.sit p/
 portio vna.sumat igit ex linea.a.f.quā manifestū ē ēē maiore.c.b.linea. f.k.equa
 lis.b.c.ceteraq; tres determinantes altitudinem solidi.a.b.rescentur ad equalita
 tem eius z inter eas cōpleteatur solidū palellogramū k.b.eque alii solidū.c.d.z p/
 trahant due linee basis.e.b.vsq; ad.l.c.r.b.vsq; ad.m.sitq; b.l.equalis.g.d.z.b
 m.equalis.b.g.z perficiat superficies equidistantiū laterū.m.l.que erit equalis z si
 milis.b.d.sup̄ ea igit erigat solidū palellogramū .p.q.bm altitudinē prescisam ex
 altitudine solidi.a.b.eritq; p.q.equale z silē solidū.c.d.rursusq; inter lineas.t.b.
 z.b.l.perficiat superficies equidistantium laterū.m.b.t.sup̄ quā quoq; erigatur soli
 dū palellogramū.x.l.eque altū vtricū duorū solidorū.k.b.z.p.q.replendo alterū
 trum duoꝝ anguloꝝ hyantrium inter ea:cū aut̄ duo solida.a.b.p.q.sint silia eo q
 abo posita sint silia solidū.c.d.corpa vero vni z eidē corpori silia iter se sunt silia
 v̄i p̄ ex dione silium corporū z.20.sexti manifestum ē ex.25.ter assumpta q inter
 duo solida.a.b.z.p.q.bm continuā pportionalitatē cadunt duo solida. k.b.z.x.l.
 opportune ergo cōstituta vel constructa figura: ipotesibusq; memorie firme con
 mendatis ex prima sexti facile p̄clades propositiū. Excute torporē z diligenter attē
 de sciesq; ex.25.buius pportionē solidi.a.b.ad solidū.k.b.ē sicut superficii. a.r.
 ad superficiē.k.r.iōq; ex prima sexti sicut linee.a.f.ad lineā.k.f.z pportionē soli
 di.k.b.ad solidū.x.l.sicut superficieī.k.r.ad superficiē.x.t.iōq; sicut linee.f.r.ad line
 am.r.t.z pportionē solidi.x.l.ad solidū.p.q.sicut superficieī.r.l.ad superficiē.l.m.
 ideoq; sicut linee.r.b.ad lineā.b.m.Ex ipotesi vero liquet q pportio linee.f.r.
 ad lineā.r.t.z linee.r.b.ad lineā.b.m.ē sicut linee.a.f.ad lineā.k.f.itaq; ex dione
 pportionis triplicate posita in p̄hemio quinti:cōstat q pportio solidi.a.b.ad so
 lidum.p.q.ideoq; etiā ad solidū.c.d.ē sicut linee.a.f.ad lineam.k.f.triplicata z q:
 linea.k.f.posita est equalis linee.c.b.p̄ vez esse quod dicū. **C**scire aut̄ oportet q
 quicquid p̄ banc.36. z p.7.ēā cōtinuc precedentes demonstratiū ē de solidis palello
 gramis.idē quoq; vez ē de seratilibus quoꝝ bases cōiter sunt trigone aut cōmuni
 ter tetragone.hoc aut̄ ex.28.z hac.36. z.7.ēā cōtinuc precedentibus cōstabit ige
 nioso inspectori.Si enī fuerint seratilia quelibet eque alta sup̄ eandē basim vel sup̄
 bases equalis coiter in trigonas aut cōiter tetragonas cum ipsa sint dimidia soli
 dorū parallelogramorum suaū altitudinū: ex.28.ip̄sa crūt equalia ex.29.z tribo





XII


ea sequentibus: ex his enim constat solida parallelogramma ipsis seratilibus dupla esse equalia. Si igitur quaque si fuerint duo seratilia super bases coniter triangulas aut coniter tetragonias eque alta ipsa erunt suis basibus proportionalia quemadmodum de solidis parallelogramis ex. 33. habebit ipsa enim sunt ex. 28. dimidia solidorum parallelogramorum sue altitudinis: solidorum autem parallelogramorum sue altitudinis eorumque basium est una proporcio ex. 33. cum itaque sit solidorum parallelogramorum proporcio sicut seratiliū quod sicut simplū ad simplū sic duplū ad duplū ex. 15. quinti atque basium solidorum parallelogramorum est proporcio sicut basium seratiliū: aut enim cedet erit bases seratiliū et solidorum parallelogramorum: et hoc quidem erit cum bases seratiliū fuerit tetragone tunc enim ex seratilibus super easdem bases erit solida parallelogramma complenda: aut bases seratiliū erit subduple ad bases solidorum parallelogramorum: et hoc quidem erit cum bases seratiliū fuerint communiter trigone: tunc enim erunt ex seratilibus solida parallelogramma complenda adiunctis ad bases seratiliū superficiebus trigonis ut fiant bases seratiliū cum triangulis adiunctis superficiebus: superficies equidistantium laterū. scilicet ut sit proporcio seratiliū sicut suorum basium. Eodem modo si seratilia fuerint triangula fueritque communiter super bases trigonas vel coniter super bases tetragonas: bases eorum altitudinibus ipso cum mutue erunt. Quod si bases eorum suis altitudinibus fuerint mutue ipsa seratilia erunt equalia quemadmodum de solidis parallelogramis. 34. 7. 35. ponuntur: hoc autem facile per hanc que dicta sunt in. 35. si vero seratilia fuerint adiuncte similia: erit proporcio unius ad alterum. sicut proporcio lateris unius ad suum reliquum latus alterius proporcio triplicata: quemadmodum de solidis parallelogramis. 36. ponitur quod ex eadem 36. facile tibi patet. si ex illis seratilibus similibus solidis parallelogramis completis. solida ipsa probaueris esse similia: quod ex definitione similiū corporum et similiū super ficerum et ex hoc quod seratilia ponuntur adiuncte similia ex. 34. primi leue est negociari.

Propositio .37.

Si fuerint duo anguli plani eque super quos due ypothemis in acre statuantur cum lateribus angulorum subiacentium singulos singulis equos angulos continentur atque in illis ypothemis duo puncta signentur a quibus punctis due perpendicularares ad superficies angularum propositorum demittantur a punctis aut super que perpendicularares ceciderit ad eosdem duos angulos planos due recte linee ducantur duo anguli qui ab illis duabus lineis atque duabus ypothemis continentur equi sibi inimicis esse probantur. Sunt duo anguli plani. a. et. d. equeles contenti lineis. a. b. et. a. c. et. d. e. et. d. f. et super eos erigantur due linee ypothemis aliter. a. g. et. d. h. si tamen angulus g. a. c. equalis angulo. b. d. f. et angulus. g. a. b. equalis angulo. b. d. e. atque in duabus ypothemis. a. g. et. d. b. signentur quoniamlibet duo puncta. k. et. l. a quibusdam precepta. i. huius demittantur ad superficies angularum. a. et. d. due perpendicularares que sint. k. m. et. l. n. et protrahantur due lineas. a. m. et. d. n. dico igitur angulum g. a. m. esse eum equalis angulo. b. d. n. si linea. a. k. est equalis. d. l. bene quidem. Sin autem ex linea. a. g. sumatur. a. p. equalis. d. l. at a punto. p. demittatur perpendicularis ad superficiem anguli. a. linea que sit. p. q. manifestum est igitur quod punctum. q. est in linea. a. m. quod ex. s. huius et definitione linearum equidistantium quae necesse est esse in superficie una facile probatur studiose intuenti debet: a punto. q. ducantur perpendicularares due una ad lineam. a. b. que sit. q. r. et alia ad lineam. a. c. q. sit. q. s. Si igitur



LIBER




quoqz a puncto. n. ducant due alie perpendicularares vna ad linea. d. e. q sit. n. t. et alia ad linea. d. f. que sit. n. x. et ptribant. r. s. t. x. iteriqz a punctis. p. z. l. deinit tant pthomise. p. q. p. r. p. s. t. l. n. l. t. l. x. his itaqz positis figuraqz prudet disposita demonstratione ppositi sic collige: cōstat ex penultia primi q quadratum linee. a. p. ē equale quadratis duaz linearaz. a. q. z. p. q. ac ex eadē q quadratū. a. q. ē equale quadratis duaz linearaz. a. s. t. s. q. itaqz quadratū. a. p. ē equale quadratis triū linearaz. a. s. s. q. z. q. p. Sed ex eadē quadratū. s. p. ē equale quadratis duaz linearaz. s. q. z. p. q. ergo quadratū. a. p. ē equale quadratis duaz linearaz. a. s. r. s. p. ideoqz ex ultima primi angulus. a. s. p. ē rectus: siliqz mō pbabis vñūquēqz triū anguloz. d. x. l. a. r. p. d. t. l. ē rectū. cū igitur ex pthomise sit angul. s. p. a. equalis angulo. x. d. l. t. linea. a. p. linee. d. l. erit ex. 26. primi linea. d. x. equalis. a. s. t. x. l. eq. lis. s. p. codē quoqz mō cū ex pthomise sit angulus. r. a. p. equalis angulo. e. d. l. erit ex eadē linea. a. r. equalis. d. t. z. r. p. equalis. t. l. quare p quartā primi linea. r. s. erit eq ialis linee. t. x. et angulus. a. r. s. equalis angulo. d. t. x. et angulus. a. s. r. angulo est enim ex pthomise angulus. a. equalis angulo. d. a cōceptione igitur erit angulus s. r. q. equalis angulo. x. t. n. et angulus. r. s. q. angulo. t. x. n. sunt enī residui duorum rectorū demptis equalibus necesse ē itaqz ex. 26. primi vt linea. r. q. sit equalis. t. n. z. q. s. equalis. n. x. Lūqz ex penultima primi quadratū linee. r. p. sit equale qdatis duarum linearum. r. q. z. q. p. z quadratum linee. t. l. equale quadratis duarum linearum. t. n. z. l. n. sint autem due linee. r. p. z. t. l. eales: duo quoqz que sunt r. q. z. t. n. eales: sequitur ex communi scia duas que sunt. p. q. z. l. n. eē eales. Eodē mō cū quadratū linee. a. p. sit equale quadratis duaz linearū que sūt. a. q. z. q. p. sit quadratū linee. d. l. quadratis duarū linearaz que sūt. d. n. z. n. l. si aut. a. p. equalis. d. l. z. p. q. equalis. l. n. sequit ex cōi scia. a. q. eē equalē. d. n. ex. 8. igit primi cōcludo ppositū videlicet angulū. p. a. m. eē equalem angulo. l. n. d.

Propositio .38.

Solidū tribus lineis pportionalibus cōtentum equū erit solidū qd a media linee equis lateribus continet. si anguli sui amborum sibi inuicem eales fuerint.

De solidis paleologramis intelligat: de his enī qualiacūqz sint dū tamē equiangula verū ē q cōtentū a tribus lineis pportionalibus equale ē ei qd a media carū cōtinet quēadmodū de superficiebus rectangulis probatum est in. 16. sexti et de non rectangulis elicitur euidenter ex secunda pre. 13. cū: dē Sint igit tres linee. a. b. b. c. z. c. d. continue pportionales fiatqz ex eis vnius angulus solidus ad libitū et pfectia solidū equidistantiū laterū cui⁹ linea. a. b. sit lōgitudo. b. c. vero altitudo. sed. c. d. latitudo et ipsum solidum dicatur. a. d. sumpta quoqz alia linea qualibet equali. b. c. que etiā vocetur. b. c. sup ipius extremitatē q ē. b. pfectuat angulus solidus equalis angulo solidō. a. fm qd vocet. 26. lineaqz ectere solidū angulū. b. cōtinētes resecent ad equalitatē linee. b. c. et pfectia solidū equidistantiū superficieū cuius longitudo latitudo et altitudo sit linea. b. c. et ipsum appetet. b. c. dico itaqz duo solida. a. d. et. b. c. eē equalia. manifestum ē enī q cuncte superficies vnius sunt equiangule suis relativis superficieb⁹ alteri⁹ qd ex. 34. pmi patere pōt. nā cū solidū angulū. b. ponat eōlis solidō angulo. a. necesse ē vt vñ⁹ anglis vniuersiisqz superficieī solidī. a. d. sit eōlis vni āgnlo sic relative superficieī in solidō b. c. itaqz per. 34. primi eoz oppositi erunt eales. At qz vniuersiisqz superficieī




XI

quadrilatero oēs anguli sunt egales quatuor rectis ex. 32. primi: necesse ē duos reliquos vnius esse egales duobus reliquis sue relative. cumqz ipsi duo reliqui in qualibet sint etiā adiunictē egales cōvincitur necessario vi vnaqz ex superficiebus solidi. a. d. sit equiangula sue relative i solidō. b. c. quare ex scđa pte. 13. sexti bases duoz solidoz ppositoz erunt egales. sūt enī equiangule & laterū mutuoqz. Si itaqz lince alitudinū super bases ipsoz orthogonaliter insistunt constat ex. 31. ipsa esse equalia. cū enī hēe linee sunt egales & ipse determinent alitudinē solidorū erunt solidā eque alta. At si linee alitudinū ipsoz nō insistunt suis basibus orthogonaliter ab ipsaz sumitatibus ad bases perpendicularibus demisis erunt ex pmissa hēe ppendiculares adiunictē egales ipse enī erūt sicut erant & in premissa demonstrationis figura due linee. p. q. r. l. n. quas demonstrauimus oportere ēē egales. Quia igit̄ omniū solidoz altitudo ex ppendicularibus a sumitatib⁹ ipsoz ad suas bases descēderib⁹ diffinit̄ erūt ex. 32. duo solidā. a. d. & c. b. equalia. Lōuersa quo/ c̄z huius possimus si delectat cōuerso mō pbare vt si palellogramū corpus. a. d. sit equele & equiangulū corpori palellogramo. b. c. & corpus. b. c. cōtineat a media triū linearū cōtinentiū corpus. a. d. erunt tres linee cōtinētes corpus. a. b. cōtinue pportionales. cū enī duo solidā palellograma. a. d. & c. b. sunt equalia & eque alta ex hypothesi ipsa erūt super bases egales p cōuersas. 31. r. 32. & qz ipse bases eorū sunt equiangule sequit̄ ex prima pte. 13. sexti qz ipse sunt mutuoū laterū itaqz pro portio. a. b. ad. b. c. sicut. b. c. ad. c. d. quare cōstat propositum.

Propositio .39.

Si fuerint quotilibet linee pportionales solida quoqz sua equidistantium atqz similiū vniuersiūqz creationis superficiez erūt pportionalia. si vero solidā equidistantiū atqz similiū vniuersiūqz creationis superficiez fuerint ppor tionalia linee quoqz a quibus ipsa solidā continent erunt pportionales. Sile pponit vigēlma prima sexti de superficiebus. Sint enī. 4. linee. a. b. & c. d. pportionales & sup bas fabricent quatuor solidā palellograma eisdē noībus dicta qz sint exp̄sse silia. duobus enī ad libitū fabricatis super duas lineas. a. & t. c. cetera h̄m pcepta. 27. cōstituenda erūt. dico hec. 4. solidā ēē pportionalia & ecōuerso. subiungant̄ enī duabus lineis. a. & t. b. in continua ppor tione due: qz sunt. e. & f. quēadmodū docet. 10. sexti ex duabus lineis. c. & d. alie due que sint. g. & h. constat igit̄ ex. 36. et ex diffinitione pportionis triplicate que posita ē in principio quinti & ex hac hypothesi qz solidā. a. & t. b. sibi inuicem & solidā. c. & d. sibi adiunictē sunt exp̄sse silia qz pportio solidi. a. ad solidū. b. ē sicut pportio linee. a. ad linea. f. solidi quoqz. c. ad solidū. d. sicut linee. c. ad linea. h. & quia p. 22. quinti pportio linee. a. ad linea. f. est sicut linee. c. ad linea. h. erit ex. 11. quinti soli dū. a. ad solidū. b. sicut solidū. c. ad solidū. d. pstat igit̄ prima pars. Secunda sic sint duo solidā. a. & t. b. sibi adiunictē duoqz que sint. c. & d. sibi adiunictē exp̄sse similia. Sintqz cuncta palellograma & ponāt pportionalia. dico qz linee. a. b. & c. d. sup̄ qz sūt pstituta sūt pportionales. sit enī ex. 10. sexti sicut linea. a. ad linea. b. ita linea. c. ad linea. k. & fiat h̄m. 27. b. sup̄ linea. k. solidū exp̄sse sile solidō. d. qd etiā dicat. k. eritqz ex diffinitionib⁹ siliū corporū & siliū superficiez & 20. sexti corp⁹. k. exp̄sse sile corpori. c. idqz p primā pte huins. 39. iā pbataz erit pportio solidi. a. ad solidum. b. sicut solidi. c. ad solidum. k. & quia eadem erat solidi. c. ad solidum. d.




LIBER

erit ex secunda parte noni quinti solidum. k. equale solidō. d. cunqz esset sibi expresse simi le sequitur lineam. k. esse equalē linee. d. Equalitas enim non producitur ex aliqua proportionē triplicata vel quotienslibet sumpta nisi ex equali: iū ex scđa pte. 7. quinti constat etiā b° mōi ps scđa. decipis aut si arbitraris oportere vñiqdōz quatuor solidoz. a. b. c. d. eē sile cuilibet alioz: necesse ē enī duo solidā. a. z. b. sibi adinuicem. itēqz duo. c. z. d. sibi adinuicē cē similia: solidā aut. c. z. d. solidis. a. z. b. esse similia contingens est: necessariū autē nō. Idē ex hac. 39. de seratib⁹ facile poteris concludere.

Propositio .40.

Si inscisa fuerint latera duaz oppositaz superficierum cubi vñū quodqz in duo media: experintqz a punctis sectionum due superficies se vicissim secantes et cubum cōdem eaꝝ sectio ne diametrum cubi per equalia secare et ab ipsa diametro versante per equalia secare necesse est.

Statue cubū qui sit. a. b. de quo constat per dionem q̄ omnes linee ipsū continentes sint equales et cī superficies rectangule: tale enī: corpus cubū dicim⁹: hui⁹ igit basis sit superficies. a. c. d. e. superficies vero eius suprema. b. f. g. h. dextra vero eius superficies sit. a. c. g. h. sinistra aut superficies sit. b. f. c. d. citerior quoqz sit d. e. b. b. sed vltior. a. c. g. f. eiusqz diameter sit. a. b. dividant itaqz oia latera duarū quarūlibet superficieꝝ oppositaz ei⁹ per equalia: et sint nūc superficies quaz latera dividat dextra atqz sinistra: dividant inquā quatuor latera: dextre quidē sup quatuor puncta que sunt. o. p. q. r. sinistre vero super quatuor que sunt. k. l. m. n. et hui⁹ ganū puncta in bis superficiebus opposita ductis lineis. o. p. z. q. r. que secant se in punto. t. itemqz. k. l. z. m. n. que secant se in punto. s. et perficiantur due superficies secates se inuicē et cubū: ptractis itē lineis. o. k. z. p. l. q. m. z. r. n. sitqz hāz duarū superficieꝝ cōis sectio linea. s. t. dico iū q̄ linea. s. t. dividit diametaz. a. b. et dividit ab eadē diametro q̄ equalia: qđ p̄ vtraqz enī eaꝝ transit p̄ centz cubi. **C**al vero ouenit qđ p̄positū ē demōstrare pducant enī due linee. t. a. z. t. b. et item due s. c. s. b. eritqz ex. 4. p̄mi. a. t. equalis. t. b. z. s. c. equalis. s. b. cōstat aut ex prima pte 29. primi: q̄ angulus. p. t. q. ē equalis angulo. a. q. t. z ex. 4. primi angulus. h. t. p. ē equalis angulo. t. a. q. itaqz ex. 32. primi totus angulus. h. t. q. cū angulo. q. t. a. valet duos rectos quare ex. 14. primi linea. a. b. erit linea vna: sitr quoqz linea. a. b. erit linea vna At qđ ex. 9: b⁹ linea. a. c. ē equidistans linea. b. b. vtraqz enī ē equidistantes linea. d. e. cūqz ipse sint equales qđ latera cubi: sequit ex. 33. primi duas lineas a. b. z. c. b. esse equales et equidistantes. ideoqz p̄ cōceptionē eaꝝ medietates que sūt a. t. z. b. s. erunt equales: ex. 7. aut huius manifestū ē q̄ linea. s. c. ē i superficie duarū lineaꝝ. a. b. z. b. c. z ex eadē linea. a. b. que est diameter cubi. ē etiā diameter superficie parallelogramē. a. c. b. b. itaqz linea. s. t. secat diametru. a. b. secet ergo ipsam i pucto. u. dico ergo linea. s. u. esse equalē linea. u. t. z linea etiā. a. u. linea. u. b. intel ligantur duo trianguli. a. t. u. b. s. u. quoqz anguli qui sunt ad. t. z. s. sunt equales adinuicem: similiter anguli eorūdem qui sunt ad. a. z. b. equales adinuicem ex pma parte. 29. primi: ppter id q̄ linea. a. t. equidistat linea. s. b. z quia etiā ipse sunt adi uicē equales: sequit ex. 26. primi q̄ p̄positū ē. **I**dē quoqz eodē mō cōcludat et si solidum. a. b. nō sit cubus sed solidū corpus palellogramū sine equalibus lineis si ue nō equalib⁹ cōtentū fuerit sine quoqz sup basim orthogonaliter erectū sine etiā



XII


et super ipsā inclinatū. Unde ampliat̄ in hac. 40. figuratio cubi ad oīs figurās parallelogramas solidas.

Propositio .41.


Si duo corpora seratilia quoꝝ alteꝝ basim triangulā alterū vero basim habeat equidistantiū laterū ipsi basi triangule duplā eque alta fuerint illa duo corpora necessē ē cē equalia. **C**it superficies. a.b.c.d. equidistantiū laterū dupla trilaterae superficie. e.f.g. et super bas duas superficies fiat duo corpora seratilia eque alta: sitqz seratile qd est supra basim qdrangulā. a.b.b.d.c.k. cui⁹ basis est superficies equidistantiū lateꝝ pposita. a.b.c.d. alia eius superficies equidistantiū lateꝝ ē. a.b.d. k. tertia vero ē. b.b.c.k. due aut ei⁹ triangulares superficies sūt altera quidem triangulus. a.b.b. reliqua vero triangulus. d.c.k. seratile aut qd est super basim triangulā. e.f.g. sit. e.f.g.l.m.n. cui⁹ altera duar̄ trilaterar̄ superficie. ē basis predicta: reliqua vero triangulus. l.m.n. triū aut superficie. ei⁹ equidistantiū lateꝝ: prima quidē ē. e.f.l.m. scđa vero. e.g.l.n. tertia vero. f.g.m.n. dico itaqz bcc duo seratilia pposita esse adiuicē equalia: perficiant̄ enī duo solida parallelograma adiungendo vtriqz duor̄ propositoꝝ seratiliū aliud seratile sibi equale: primo qui dē seratili super eandē basim sitqz adiunctū seratile. a.p.b.d.q.k. cuius due trilaterae superficies sunt. a.p.b.d.q.k. tres aut quadrilatera: prima quidē. a.b.d.k. qui ē terminus cōis sibi et ei cui adiungit̄: scđa vero. a.d.p.q. scđia quoqz. p.q.b.k. scđo aut seratili adiungat̄ aliud seratile sibi equale hoc modo: adiungat̄ primo triangulo. e.f.g. aliis triangulus equalis qui sit. e.g.r. ita q tota superficies. e.f.g.r. sit equidistantiū laterū et super hunc trianguluſ fiat seratile. e.g.l.r.l.n.s. qd cū illo cui adiungit̄ perficiat corpus parallelogramū huins seratilis adiuncti: due trilatera superficies sunt. e.g.r.l.n.s. tres aut parallelogramē sunt: prima quidē. e.l.r.s. scđa. e.l.g. n. et ipſa ē cōmūnis terminus sibi et ei cui adiungit̄: tertiā vero. g.r.n.s. manifestum igitur ex diffinitione solidor̄ equaliū atqz similiū q̄ duo seratilia parallelogramū cōponentia solidū. a.k. sibi inuicem. itēqz duo cōponentia solidum parallelogramum. e.n. sibi ad inuicē sūt eq̄lia. At vero ex. 31. vel ex. 32. b⁹ duo solida. a.k. et. e. n. sunt sibi inuicē equalia: q̄ ergo hor̄ solidor̄ medietates sunt seratilia pposita per cōm sciam p̄stat ea esse equalia: quecunqz enī fuerint equalia eoꝝ medietates necessē ē esse equalis: liquet itaqz qd ppositū ē. **E**xplīt liber Undecim⁹. **I**nīt liber Duodecimus.

Propositio .1.

Onū duar̄ superficieſ siliuſ multiangulaz iter duos circulos descriptaz ē. pportio alterius ad alterā tāqz. pportio qdratoꝝ q̄ ex diametris circuloꝝ eas circūscribetū pueniunt. **C**sint duo circuli. a.b.c.d.e.f. quib⁹ inscribatur due quelibet figure poligonie q̄ ponant̄ adiuicē silies: sintqz nūc pentagonē inscripte vt docet. 11. q̄ r̄ti et ipſe sint. a.b.g.h.k. aliud pentagonū. d. e.l.m.n. diametri quoqz circuloꝝ sint. a.c. et. d.f. dico itaqz q̄ prop̄tio pentagoni. a.b.g.b.k. ad p̄pentagonū d.e.l.m.n. ē. sicut qdratū diametri. a.c. ad quadratū diametri. d.f. protrahantur enim in vtriqz circulo due linee ab extremitate diametri ad extremitatem vnius lateris pentagoni diametro nō conterminalis se inuicē cancellantes infra ipsum



LIBER



Dividat itaqz.c.b. que est lat² cubi ab assignata spera circumscribilibus fm pportio ne habentem mediū duoqz extrema i puncto. p. sitqz maior portio eius. p. b. constat igit ex demonstratione pmissae q. p. b. est lat² figure. 12. basium. Inuenta ergo sūt la tera. 5. premissoz corporoz ex diametro spere nobis pposita. est enī latus. a. e. spira midis. 4. basiū. e. b. latus cubi. f. b. latus octocedri. at vero. n. b. latus ycoedri. lini ea aut. p. b. latus duodecedri. Que autē horz latez sint maiora alijs sic habetur. constat enī q. a. e. est maior. f. b. nā arcus. a. e. est maior arcu. f. b. itaqz. f. b. est maior e. b. r. c. b. maior qz. n. b. at vero. n. b. dico etiā esse maiore qz. p. b. cum enī sit. a. c. dupla ad. c. b. erit ex quarta scđ quadratū. a. c. quadruplū ad quadratū. c. b. 2 stat autē ex scđa pte correlarij. 8. sexti et ex correlario. 17. eiusdē q. quadratū. a. b. triplū est ad quadratum. b. e. sed p. 21. sexti quadratū. a. b. ad quadratū. b. e. est sicut quadratum. b. e. ad quadratū. c. b. ex eo q. pportio. a. b. ad. b. e. est sicut. b. e. ad. b. c. ex se cunda pte correlarij. 8. sexti. itaqz p. 11. quinti quadratū. b. e. triplū est ad quadratum. c. b. et qz quadratū. a. c. quadruplū est ad idē quadratū ut ostensum ē: erit ex prima pte. 10. quinti quadratum. a. c. minus quadrato. b. e. ideoqz linea. a. c. maior ē linea. b. e. iōqz. a. m. multo maior. b. e. manifestū vro ex. 9. huius q. si linea. a. m. diuisa fuerit fm pportionē habentē mediū duoqz extrema erit maior portio eius linea. k. m. que est equalis. m. n. At vero cū. b. e. diuidit fm eandē proportionem videlicet habentē medium duoqz extrema maior eius portio ē linea. p. b. cum itaqz tota. a. m. sit maior tota. b. e. erit. m. n. que est equalis maiori portioni. a. m. maior qz. p. b. q. est maior portio b. e. hoc autē manifestū est ex scđa. 14. libri que sine auxilio aliquins eaꝝ q. sequuntur firma demonstratione solidat: ergo p. 19. pmi a fortiori n. b. maior ē qz. p. b. Quare pꝫ latera horz. 5. corporoz pmissioz fere eo ordine quo corpora se inuitē sequunt se inuitē excedere. in cubo enī dūtaxat et octocedro habet bic instantias. nā latus octocedri excedit latus cubi qz quis cubus antcedat octocedri. Lubū autē premitunt idcirco octocedro: quia eadē divisione diametri assignate spere latys piramidis. 4. bases triangulae habentis et latys cubi inuenit. est igit. a. c. latus piramidis maius lateribus ceteroz corporoz: post ipsū autē ē. f. b. lat² octocedri maius sequentū corporoz lateribus Tertio ordine sequitū magnitudine. e. b. latus cubi. Quarto vro loco est. n. b. latus ycoedron. Minimū autem est omnium. p. b. latus duodecedron vel duodecedri.

Explicit liber Terciusdecimus



Lonis perpendicularis a centro circuli ducta ad latus pentagoni intra circulū ipsū de scripti dimidio lateris decagoni atqz dimidio lateris exagoni intra circulū eundē de scriptoz ambobus dimidijs in longū directūqz cōiunctis equalis ēē pbat. patet igit q. perpendicularis ducta a centro circuli ad latus pentagoni ē equalis perpendiculari ducta a centro ad latus trianguli dimidioqz lateris decagoni intra eundē circulū de scripti tū recie cōiunctis. **S**it linea. a. b. latus pentagoni in equilateri inscripti circulo cui⁹ centz. c. et ducat a centro. c. perpendicularis ad linea. a. b. que p scđam ptem tertie terij diuidet ipsā p equalia et arcu cuius enī p equalia

LIBER



ex quarta primi z. 27. tertij sitqz hec ppndicularis linea. c. d. secans. a. b. in pucto e. et arcu ei⁹ in primo. d. est igitur vi dixim⁹ linea. a. c. eqlis linea. e. b. et arc⁹. a. d. at cui. d. b. ptrahaqz linea. d. b. de qua constat qd ipsa est lat⁹ decagoni equilateri p/ posito circulo inscripti cu ipsa subtēda medietati quinti totius circūferentie: dico itaqz qd linea. e. c. ē equalis medietati linea. c. d. et medietati linea. d. b. in longum directumqz cōiunctis Lōpleatur quidem diameter. d. c. sitqz. d. c. g. et sit. e. f. equa/ lis. c. d. et ptraha. b. f. crifqz ex. 4. primi. b. f. eqlis. b'. d. iōqz per. 5. primi angul⁹ b. d. f. erit equalis angulo. b. f. d. constat aut ex ultima sexti qd angulus. g. c. b. qua / druplus ē ad angulū. b. c. d. eo qd arcus. g. b. quadrupl⁹ ē ad arcū. b. d. at vero an/ gulus. g. c. b. p. 32. primi dupl⁹ ē ad angulū. b. d. c. nā ipse ē extrinsecus duob⁹ qui sunt. b. d. c. et d. b. c. at ipsi sunt eqles ex. 5. primi: igitur angulus. b. d. c. dupplus est ad agulū. b. c. d: qre agulū quoqz. b. f. d. dupplus ē ad agulū. b. c. f. sed angul⁹. b. f d. ē equalis duob⁹ intrinsecis qd sunt. b. c. f. et. c. b. f. p. 32. pmi. itaqz duo aguli. b. c. f et. c. b. f. sūt eqles: iōqz p. 6. primi. c. f. ē eqlis. b. f. iōqz etiā. c. f. ē eqlis. b. d. nā. b. d et. b. f. sūt eqles adiunice: qre dimidiū. c. d. cū dimidio. b. d. est quantū dimidiū. c. d cū dimidio. c. f. at vero dimidiū. c. d. cū dimidio. c. f. ē quātum dimidiū. c. f. bis cū dimidio. f. d. dimidiū aut.. c. f. bis ē quātum. c. f. et dimidiū. f. d. ē quātum. e. f. iōqz. c. c. est quantū dimidiū. c. d. cū dimidio. c. b. et. d. b. qd ē ppositū. Correl. aut sic con/ stat manifestū ē eni ex. 8. tredecimi libri qd ppndicularis ducta a cetro circuli ad la/ tus trianguli sibi inscripti ē equalis dimidio linee ducte a centro ad circūferentiam hoc quidē ibi demōstratum ē et quasi coroll. cōclusi. cum igitur ex hac prima isti⁹. 14 libri patet qd ppndicularis ducta a centro circuli ad latus pentagoni sit equalis dimidio linee ducte a centro ad circūferentia et dimidio lateris decagoni: sequitur qd perppndicularis ducta a centro circuli ad latus pentagoni sit equalis ppndicu/ lari ducta a centro ad latus trianguli: dimidiōqz lateris decagoni intra eundē cir/ culum descripti: et hoc est qd ex coroll. pponit. Nunc ergo explicandū est quod ait. Arist^e. in libro titulato Exposito scie. 5. corpor^z nec nō et Appoloni⁹ in dono secū/ do: in pportionalitate figure. 12. basiū ad figurā. 20. basiū dicēs: qd pportio supfi/ ciez figure habentis. 12. bases ad superficies figure habentis. 20. bases. ē tāqz p/ portio corporis. 12. basium ad corpus. 20. basiū: linea et eni ducta a centro circuli pentagoni figure. 12. basium duodecedri ad circūferentia eius ē quasi linea pdies a centro circuli trianguli figure. 20. basium ycoedri ad circūferentia eius. Hec sunt ipsi⁹ magni appollonij verba. Intelligēda aut sūt de figura. 12. et figura. 20. basiū ab una eadēqz spera circūscriptibilium. Est eni pportio corporis duodecedri ad cor/ pus ycoedron cum ambo una eadēqz spera circūscribit sicut pportio omnium su/ pficie^z duodecedri piter acceptaz ad oēs superficies ycoedri pariter acceptas quē/ admodū Appoloni⁹ pmissoz verbor^z pma pte cōmemorat: qd et decima huius. 14 libri solida demōstratione stabilitur. et ē circulus circūscribens pentagonū duodece/ dri equalis circulo circumscribenti trigonum ycoedri cum duodecedron et ycoe/ dron eadem spera circūscribit quēadmodū ipse appollonius secunda pte pre/ missorum verborum cōmemorat: quod etiam in quinta huius libri demonstratio/ ne firmatur: premittenda sunt igitur antecedentia ad tantorum virorum eloquia inconcussa veritate corroboranda.

Propositio .2.

Quicquid accidit vni linee divise secundum proportionem habentem medium et duo extrema omni linee sicut divise proportionem habentem.


Co sit utraque duarum linearum a.b. et d.e. divisa sit proportionem habentem medium duorum extrema. hec quidem i.c. illa vero in f. sintque maiores portiones: huius quidem a.c. illius autem d.f. dico itaque quod ambae ad sui maiores portiones est una proporcio. itemque ambae ad sui minores portiones est proporcio una ad quoque maiores portiones ad minores una. et econtra et permutatim et coniuncti et disiuncti et eversum. Nihil enim aliud est quicquid vni earum accidit. id est quoque aliis accidere. constat enim ex definitione linearum proportionem habentem medium duorum extrema dividere et ex prima parte 15. sexti: quod illud quod fit ex a. b. in. b. c. est equale quadrato a. c. eodem modo quod fit ex d. e. in. e. f. est equale quadrato d. f. ideoque pars propria eius quod fit ex a. b. in. b. c. ad quadratum a. c. est sicut eius quod fit ex d. e. in. e. f. ad quadratum d. f. vtrumque enim est proporcio equalitatis: igitur quadruplicum eius quod fit ex a. b. in. b. c. ad quadratum a. c. sicut quadruplicum eius quod fit ex d. e. in. e. f. ad quadratum d. f. Adiungatur autem sit rectitudinem ad lineam a. b. una linea que sit equalis b. c. quod dicatur b. g. et ad d. e. adiungatur equalis e. f. que dicatur e. h. Manifestum est igitur ex octava secundi libri quod quadruplicum eius quod fit ex a. b. in. b. g. cum quadrato a. c. est equale quadrato linearum a. g. at vero similiter quadruplicum eius quod fit ex d. e. in. e. b. cum quadrato d. f. est equale quadrato d. h. At vero ex communione scientia quadruplicum eius quod fit ex a. b. in. b. c. equum est quadruplo eius quod fit ex a. b. in. b. g. eo quod b. c. et b. g. sunt eae. similiter quoque quadruplicum eius quod fit ex d. e. in. e. f. equum est quadruplo eius quod fit ex d. e. i. e. b. eo quod e. f. et e. h. sunt etiam eae: igitur ex prima parte septima quinti et ex undecima quinti eiusdem quadratum a. g. ad quadratum a. c. sicut quadratum d. h. ad quadratum d. f. Quare ex secunda parte 21. sexti proporcio lineae a. g. ad lineam a. c. est sicut lineae d. h. ad lineam d. f. et coniunctum a. g. et a. c. ad a. c. sicut d. h. et d. f. ad d. f. at vero a. g. cum a. c. sunt tangentes duplum a. b. et d. h. cum d. f. tanquam duplum d. e. quare dupla a. b. ad a. c. sicut duplum d. e. ad d. f. et permutatim duplum a. b. ad duplum d. e. sicut a. c. ad d. f. sed duplum a. b. ad duplum d. e. sicut a. b. ad d. c. ex 15. quinti: igitur a. b. ad d. e. sicut a. c. ad d. f. itaque permutatim et eversum et conuersum et disiunctum et coniunctum: quod oportebat ostendere.

Propositio .3.


Duiso latere exagoni sit proportionem habentem medium duorum extrema maior eius portio erit latus decagoni circumscripsi et circulo ipsum exagonum circumscribente.

Co sit linea a. b. latus exagoni alicuius circuli et divisa secundum proportionem habentem medium duorum extrema in punto c. sintque maiores portio eius b. c. dico quod cuiuscunq; circuli a. b. est latus exagoni eiusdem b. c. erit latus decagoni. Adiungatur enim ad lineam a. b. linea b. d. que sit latus decagoni illius circuli cuius a. b. est latus exagoni: eritque ex nona 13. linea a. d. divisa secundum proportionem habentem medium duorum extrema et maior portio eius erit

q. 4




LIBER



linea. a. b. cum igitur vtraqz duarum linearuz. a. b. z. a. d. sit diuisa fin pportionē habentem medium duoqz extrema: igitur erit per premissā ambaz ipsaz ad sui maiores portiones vna ppotio. itaqz. d. a. ad. a. b. que est eius maior portio sicut. a. b. ad. b. c. que est etiā cius maior portio sed. d. a. ad. a. b. sicut. a. b. ad. b. d. ex diffinitione lince diuisa fin proportionem habentem medium duoqz extrema et maior portio cius: igitur ex vndecima quinti. a. b. ad. b. d. sicut. a. b. ad. b. c. quare per secundā ptem. 9. quinti. b. d. z. b. c. sunt equales. cum ergo. b. d. sit latus decagoni erit quoqz ex coi scia. b. c. latus decagoni. Vel aliter ad linea. a. b. adiungat. b. d. equalis. b. c. eritqz ex. 4. tredecimi tota. a. d. diuisa fin pportionē habentē mediū duoqz extrema et maior portio ei⁹ linea. a. b. itaqz per cōuersā. 9. tredecimi quā cōtinne post ipsā demōstrauimus cuius circuli linea. a. b. est latus exagoni eiusdez linea. b. d. ideoqz linea. b. c. sibi equalis ē latus decagoni. Possimus itez idez alia via slibet demonstrare. Sit enī. e. f. equalis. a. b. que etiā dividat i. g. fin pportio nē habētē mediū duoqz extrema et sit maior portio ei⁹ linea. f. g. Istat igit ex pmissa q̄ quēadmod. a. b. ē eq̄lis. e. f. sic. a. c. ē eq̄lis. c. g. z. c. b. eq̄lis. g. f. cūqz fuerit. b. d. adiuncta ad. a. b. lat⁹ decagoni illi⁹ circuli cui⁹. a. b. ē lat⁹ exagoni erit sicut prius dictū ē ex. 9. tredecimi tota. a. d. diuisa fin pportionē habentē mediū duoqz extrema et maior ei⁹ portio erit linea. a. b. itaqz p̄ pmissā. a. b. ad. b. d. sicut. f. g. ad. g. e. q̄re p̄ p̄mā partē. 15. sexti q̄d fit ex. a. b. in. g. e. equū est ei quod fit ex. b. d. in. f. g. cū qz. a. b. sit equalis. e. f. et erit q̄d fit ex. e. f. in. g. e. equū ē ei q̄d fit ex. b. d. in. f. g. Sed quod fit ex. e. f. in. g. e. equū est quadrato. f. g. ex diffinitione lince diuisa fin ppor tionē habentem medium duoqz extrema et ex prima pte. 16. sexti: igitur q̄d fit ex. b. d. in. f. g. est equale quadrato. f. g. ideoqz ex prima sexti linea. b. d. ē equalis. f. g. et q̄ f. g. ē equalis. c. b. erit quoqz. c. b. equalis. b. d. et latus decagoni q̄d oportebat ostendere.

Propositio .4.

Qadratū lateris pentagoni intra circulum descripti quadratum que linee que illius pentagoni angulo subtendit ambo hec quadrata pariter accepta quadrati medietatis diametri eiusdem circuli quincuplum esse pronuncio. Sit in circulo. a. b. c. cuius centrū. d. inscriptus unus pentagonus equilaterus cuius vnū latus sit. a. b. et protrahat diameter. c. d. e. dividens lineam a. b. et eius arcū per equalia. Est igitur arcus. a. e. medietas quinte pris circumferentie illius circuli quare arcus. a. c. ē due quinte totius circumferentie: protrahant itaqz due lince. a. e. et. a. c. eritqz. a. e. latus decagoni equilateri eo q̄ eius arcus est medietas quinte pris circumferentie. linea vero. a. c. erit que subtendit vni ex angularis pentagoni predicti: eo q̄ arcus. a. c. est due quinte partis circumferentie circuli: dico itaqz q̄ quadrata duarum linearum. a. b. et. a. c. pariter accepta quincuplum sunt ad quadratum linee. d. e. est enim ex quarta secundi quadratum lince. c. e. quadruplum ad quadratum linee. d. e. Cum autem angulus. c. a. c. sit rectus ex prima parte. 30. tertij. eruntqz ex penultima primi quadrata duarum linearum. c. a. et. a. e. quadruplum ad quadratum. d. e. igitur quadrata trium linearum. c. a. et. a. e. et d. e. quincuplum sunt ad quadratum linee. d. e. et quia ex decima tredecimi libri q̄dratū. a. b. est equale quadratis duarum linearum. a. e. et. d. e. sequitur ut qua-



drata duarum linearum. a.b.z.c.a. sint quincuplum ad quadratum. d.e. quod est propositum.




CManifestum est ergo q̄ quadratum lateris cubi atq; quadratum lateris figure duodecim basium cum cubum z figurā duodecim basiū eadem spera circūscribit ambo quadrata pariter accepta quincuplum sunt quadrati medietatis diametri círculi qui círcumscríbit pentago/num eiusdem figure duodecim basium.

CIstud corollariū vere manifestum est: constat enim ex demonstratione. 17. trēde cimi libri q̄ latus cubi subtendit angulo pentagoni duodecedri cum cubū z d.o decedron vna eademq; spera circūscribit: itaq; p hanc quartam sine obice constat corollarium. &c.


Propositio .5.

PEntagonus figure duodecim basium triangulus qz figu/ re viginti basium quos eadē spera círcumscríbit vno eo/ demq; círculo círcumscríbuntur.

CSit spera cuius diameter. a.b. circūscribens duas solidos figurās videlicet duodecedron cuius vnius ex duodecim pentagonis sit. c. et ycoedron cuius vnius ex. 20. triangulis sit. d. pentagono aut. c. z trigono. d. super duo centra. d. z. c. circumscríbant duo círculi huic qdē. s. c. ex. 14. quarti illi vero. s. d. ex. 5. ciudē: dico itaq; q̄ hi duo círculi speraz ppositaz quorum alter circūscri/ bit pentagonū. c. alter vero trigonum. d. sunt equales. Signentur enim duo latera pentagoni. c. vñū ex suis angulis cōtinentia litteris. e. f. z. f. g. z protrahant linea e. g. que subtendat angulum. f. z semidiameter círculi que sit. c. f. vñūqdq; ex lateri bus trigoni. d. signet litteris. k. b. z protrahatur semidiameter sui círculi que sit. d. k. debinc sumat linea. l. m. ad quā sit linea. a. b. que ē diameter spere assignate qui dupla i potentia: q̄ quidē. l. m. dividat i. n. bī proportionē habentem mediū duo/ qz extrema sitq; maior portio eius linea. l. n. z scđm quātitatē totius. l. m. lineetur círcu/us. p. q. itaq; semidiameter círculi. p. q. sit equalis lince. l. m. eritq; ex correla/rio. 15. quarti linea. l. m. tanq; latus exagoni equilateri círculo. p. q. inscripti. iōq; per tertiam huins linea. l. n. erit tanq; latus decagoni equilateri eidē círculo inscri/pti: igitur ex. 11. quarti inscrībat pentagonus equilaterus círculo. p. q. cuius vñum latus sit. p. q. eritq; ex. 10. tredecimi libri quadrati. p. q. equale quadratis duarum linearum. l. m. z. l. n. pariter acceptis. constat autem ex demonstratione. 16. trede/ cimi q̄. b. k. est equalis. p. q. ergo quadratum. b. k. est equale quadratis duarum linearum. l. m. z. l. n. ppter acceptis. At vero ex demonstratiōe. 17. tredecimi. manifestū ē q̄. c. g. ē latus cubi ab eadē spera circūscriptibilis: q̄re p coroll. 14. tredecimi. a. b. q̄ ē diameter spere potentialiter ē tripla ad. e. g. q̄ ē latus cubi. si aut. e. g. dividatur bī proportionē bñtem mediū duoq; extrema p̄z ex demonstratiōe. 17. tredecimi q̄ e. f. ē tanq; maior portio eius: igitur ex secunda hui⁹. e. g. ad. l. m. sicut. e. f. ad. l. n. nam vt tota ad totam sic maior portio ad maiorem. itaq; per. 21. sexti quadratum e. g. ad quadratum. l. m. sicut quadratum. c. f. ad quadratum. l. n. q̄re p. 13. quinti q/ drata duarum linearum. e. g. z. e. f. pariter accepta ad quadrata duarum linearum l. m. z. l. n. ppter accepta sicut quadratum. e. g. ad quadratum. l. m. ergo p. 15. quinti: et



LIBER



permutata proportionalitatez et equa triplum duorum quadratorum duarum linearum e.g. et e.f. piter acceptoz ad quadrata duarum linearum l.m. et l.n. pariter accepta sicut triplu quadrati. e.g. ad quadratum l.m. triplu aut. e.g. quadrati est tamquam quadratum a.b. ex coroll. i. 4. tredecimi: at quadratum a.b. est per hypothesim quincuplum ad quadratum l.m. ergo triplu quadrati. e.g. quincuplum quoque est quadrati l.m. quare etiam triplum quadratorum duarum linearum e.g. et e.f. piter acceptoz est quincuplum ad quadrata duarum linearum l.m. et l.n. piter accepta: et quod probatum est per quadratum b.k. est equale quadratis duarum linearum l.m. et l.n. piter acceptis. sequitur ex eo scia ut triplu quadratorum e.g. et e.f. sit quincuplum ad quadratum b.k. constat autem ex s. tredecimi quod qui cuplum quadrati. b.k. est quindecuplum ad quadratum d. k. nam simplum est tripulum. Et ex quarta huius constat quod triplu quadratorum e.g. et e.f. est quincuplum quadrati. e.f. nam simplum est quincuplum. itaque quindecuplum quadrati. c.f. est equale quadrato. d. k. quare etiam linea. c.f. est equalis linea. d. k. ergo ex diffinitione circulorum equalium circumcirculans circumscribens pentagonum. c.f. est equalis circulo circumscribentibus trigonum. d. quod erat ex principio demonstrandum. nam semidiametri horum circulorum sunt equalles videlicet. c.f. et d. k.


Propositio .6.

Quadratum quoque quod est triangulum alicuius trigincuplum tetragnoni qui sub perpendiculari ducta a centro circuli circumscripti pentagonum figure duodecim basium ad latus pentagoni atque sub latere ipsius pentagoni continetur omnibus superficiebus corporis duodecim basium pariter acceptis esse equale ex necessitate conuincitur.

Sit pentagonus a. una ex. 12. basibus figure duodecedri et unum ex eius lateribus sit. b. c. sibiique ex. 14. quarti circumscribat circulus supra centrum. a. et per trahant lineas. a. b. et a. c. et a. d. perpendicularis ad b. c. dico ergo quod trigincuplum eius quod sit ex a. d. in b. c. est equale omnibus superficiebus duodecedri piter acceptis. constat enim pentagonus a. esse divisibilis in quinque triangulos equalis triangulo. a. b. c. ex. s. primi. itaque omnes. 12. pentagoni duodecedri cum omnes sint equalis et similes pentagono. a. divisibilis sunt in. 60. triangulos quosque per s. primi est equalis triangulo. a. b. c. Quod autem sit ex a. d. in b. c. est duplum per 4. primi: ad triangulum a. b. c. ergo trigincuplum eius quod sit ex a. d. in b. c. est sexagincuplum ad triangulum a. b. c. nam ut simplum ad simplum sic duplum ad duplum. Cum itaque omnes duodecedri superficies pariter accepte sint etiam sexagincuplum ad triangulum a. b. c. sequitur ut trigincuplum cuiusquod sit ex a. d. in b. c. sit equale omnibus superficiebus duodecedri piter acceptis: quod est propositum.

Propositio .7.

Quadratum quoque quod est triangulum alicuius trigincuplum tetragoni qui sub perpendiculari ducta a centro circuli ad latitudinem sibi inscripti trianguli figure viginti basium atque sub ipso latere trianguli continetur equale est omnibus superficiebus figure viginti basium piter acceptis. **E**sto enim hic trigonus. e. una ex. 20. basibus figure ycoedri et unum ex eius lateribus sit f. g. sibiique ex. 5. quarti circumscribat circulus super centrum. e. et per trahant lineas. e. f. e. g. et e. h. perpendicularis ad f. g. dico igitur quod trigincuplum cuiusquod sit ex e. h. i. f. g. est equalis oibz superficiebus ycoedri piter acceptis. constat enim trigonum. e. esse divisibile in tres triangulos quosque quilibet



per octauā pīni ē equalis trigono. e.f.g itaqz oēs. 20. trigoni ycoedri piter accepti cum cuncti sint egales similes trigono. e.sūt tanqz sexagincuplū trīgoni. e.f.g. & qz per. 14. pīni qd fit ex.e.b.in.f.g.est duplū trīgoni. e.f.g. iōqz trigincuplū hui⁹ est equale sexagincuplo illi⁹: sequit ut trigincuplū. e.b.in.e.f.sit equale oibus superficiebus ycoedri piter acceptis qd erat demōstrādū. **C**Manifestū igitur ē qz porportio superficieū figure duodecim basiū in aliqua spera pente ad superficies figure vi. g̃nti basiū in eadē spera cōcluse: ē tanqz pporatio tetragoni contenti sub latere pentagoni ipsius figure duodeci basiū & sub perpendiculari ducta a centro sui circuli ad ipsū latus pentagoni: ad tetragonū contentū sub latere trianguli ipsius figure viginti basiū & perpendiculari ducta a centro sui circuli ad ipsū latus trianguli corporis viginti alchaidaz. **C**Qd per illud corol. pcludit vez esse sine figura. 12. basiū & figura. 20. basiū sint ab eadē spera circūscriptibiles vt pponit: sine etiā fuerint circūscriptibiles a diuersis speris: pponit autē p̄t hec figure sint circūscriptibiles ab eadē spera qm̄ hoc modo valer & sufficit ad ppositū. Et ergo cōmuni veritas sic p̄t. cōstat eni ex. 6. hui⁹ q̄ trigincuplū. 9. d. in. b. c. equū ē oibus superficiebus duodecedri piter acceptis cuius pentagonus. a. est vna ex. 12. superficiebus & ex hac .7. constat silt q̄ trigincuplū. e. b. in. f. g. equū ē oibus superficieb⁹ ycoedri piter acceptis cuius trigonus. e. est vna ex. 20. basibus sine illud duodecedron & istud ycoedron eadē spera circūscribat sine diuerte. itaqz pporatio trigincupli. a. d. in. b. c. ad omnes superficies illius duodecedri piter acceptas ē sicut trigincupli. e. b. in. f. g. ad omnes superficies ycoedri piter acceptas: vtrobizqz eni est pporatio equalitatis: quare permutatiōnē trigincuplū. a. d. in. b. c. ad trigincuplū. e. b. in. f. g. sicut omnes superficies illi⁹ duodecedri ad omnes superficies huius ycoedri & per. 15. quinti trigincupli ad trigincuplū ē sicut simpli ad simplū. Constat igit p. 11. quinti q̄ pporatio omnīū superficieū illius duodecedri ad oēs superficies huius ycoedri ē ei⁹ quod fit ex. a. d. in. b. c. ad id qd fit ex. c. b. in. f. g. & hoc ē qd ex corolario pponit.


Propositio .8.

Proportio cunctarū superficieū corporis duodecim basiū piter acceptaz ad cūctas superficies corpis viginti basiū piter acceptas que ab vna spera abo circūscribunt est tanqz pporatio lateris cubi quē circūscribit eadē spera ad latus trianguli ipsius corporis viginti basiū.

CUt ab huius. s. demōstratiōis libri 14. pcessu ambiguitas ois abscedat: istud prescire oportet. Qd si aliq linea h̄m pporatiōne habentē mediū duoqz extrema fuit diuisa & ex medietate eius tanqz dimidiū sue maioris portionis detrahaē: ipsa quoqz medietas h̄m pporatiōne habentē mediū duoqz extrema diuisa erit & ei⁹ maior portio ē tanqz dimidiū maioris sue duple. verbi grā sit. a. b. diuisa h̄m pporatiōne habentē mediū duoqz extrema in. c. & maior eius portio sit. a. c. & sit. d. e. tanqz dimidiū. a. b. & d. f. tāqz dimidiū. a. c. dico ergo q̄. d. e. diuisa ē i. f. h̄m pporatiōem bñitem mediū duoqz extrema & maior portio ci⁹ ē. d. f. pstat eni ex. 15. quinti q̄ pporatio. a. b. ad. a. c. ē sicut. d. e. ad. d. f. v̄z duplū ad duplū tāqz simplū ad simplū q̄re pmutati. a. b. ad. d. e. sicut. a. c. ad. d. f. igit p. 19. quinti. c. b. ad. f. e. sicut. a. b. ad. d. e. ē itaqz. c. b. dupla ad. f. e. sic eni ē. a. b. ad. d. e. cū igit tota. e. b. sit dupla ad totā. d. e. & si g̃le p̄tes. a. b. ad siglas p̄tes. d. e. q̄re ex. 15. quinti & 11. ei⁹ dē & dione linee



LIBER



divise sibi pportionem hunc mediū duosq; extrema erit linea. d.e. divisa i.f. quicad modū pponit. Nūc igit̄ demonstratiō ei⁹ qđ ppositū ē illam⁹. Ad cui⁹ exēplū sic a.b.c. circul⁹ cui⁹ centz. d. circūscribēs pentagonū duodecedri t trigonū ycoedri q̄ ambo piter eadē spera circūscribit ⁊ excludit. nā ex. 5. hui⁹ manifestū ē qđ idē circul huius pentagonū t illi⁹ trigonū circūscribit. sit aut linea. a.b. latus pentagoni ⁊ li nea. a.c. trigoni. sitq; linea. b. tanq; latus cubi ab eadē spera circūscripti: dico ita / qđ pportio omnīū superficie⁹ duodecedri piter acceptaz ad oēs superficies ycoedri piter acceptas ē sicut linea. b. ad linea. a.c. pduca⁹ quidē a centro. d. ppendicularis ad. a.b. que transeat vsq; ad circūferentia secans. a.b. in puncto. c. t arcū ei⁹ i punto. f. hanc autē ppendicularē pstat dividere p equalia tā linea. a.b. qđ eius arcum chordā quidē. a.b. p scđam p̄tē tertie tertij; arcū vero ei⁹ p quartā p̄ni ⁊ 27. tertij. ē igit̄ arcus. f. a decima ps circūferentie. subtendat itaq; sibi chorda. a.f. q̄ erit latus decagomi equilateri eiusdē circuli. crit igit̄ ex. 9. tredecimi linea constans ex. d.f. f.a divisa sibi pportionē habentē mediū duosq; extrema ⁊ maior portio eius erit linea d.f. At vero ex prima huius. d.e. ē equalis dimidio. d.f. dūmidioq; f.a. i longū di rectūq; cōiunctis. Sit igit̄. d.g. ppendicularis ad. a.c. eritq; ex conelario. s. trede ciimi. g.d. tanq; dimidiū. d.f. itaq; si a linea. d.e. q̄ est tanq; dimidiū. d.f. a. cū. d.f z. f.a. sit linea vna: detraha⁹q; eq̄lis. d.g. q̄ ē tanq; dimidiū. d.f. crit p illud qđ ante hoc pbatū ē linea. d.e. divisa sibi pportionē habentē mediū duosq; extrema et maior portio erit tanq;. g.d. ex demonstratiō aut. 17. tredecimi cōstat q̄ si linea b. q̄ ē latus cubi dividatq; sibi pportionē habentē mediū duosq; extrema maior por tio eius erit tanq;. a.b. q̄ ē latus pentagoni figure. 12. basiū. itaq; per scđam hui⁹ pportio. b. ad. a.b. est sicut. d.e. ad. g.d. quare p primā p̄tē. 15. sexti; qđ puenit ex b. in. g.d. cquū ē ei qđ fit ex. a.b. in. d.e. Ex conelario aut premissē manifestum est q̄ pportio omnīū superficie⁹ duodecedri cuius latus. a.b. piter acceptaz ad oēs su perficies ycoedri cuius latus. a.c. pariter acceptas ē sicut eius qđ fit ex. a.b. in. d.e ad illud qđ fit ex. a.c. in. g.d. igit̄ ex prima p̄tē. 7. quinti ⁊ 11. eiusdē pportio. ei⁹ qđ puenit ex. b. in. g.d. ad illud qđ puenit ex. a.c. in. g.d. ē sicut omnīū superficie⁹ illi⁹ duodecedri ad oēs huius ycoedri. At vero eius qđ puenit ex. b. in. g.d. ad illi⁹ qđ puenit ex. a.c. in. g.d. ē p̄tē primam sexti sicut. b. ad. a.c. itaq; p. 11. quinti pro pportio omnīū superficie⁹ illius duodecedri ad oēs huius ycoedri ē sicut. b. ad. a.c. quod ē ppositū. Hoc ipsū aliter probare poterim⁹. Si ad ipsū huius antecedens ne cessarium p̄miserim⁹ quod est. **S**i circulo cuilibet pentagonus equilate rus inscribatur rectangulū q̄ sub dodrante diametri ipsius circuli et sub dextrante ipsius linee angulū ipsius pentagoni subtendentis con tinetur eidē pentagono equi eē ex necessitate oportet. **V**ñatores, nostri vñqđq; integz in. 12. ptes eq̄les intellectu ⁊ rōne diviserūt oēsq; eas sīl. hoc ē ipm totū assēm: vocauerunt vñdecim vero eaꝝ dixerūt deuncē. decē aut dextantes. nouē dodrante. octo vero bisse. at septūcē sc̄ptate vñ quicūcē. sex aut semis: quiq; quiquincē. q̄tuor trientē. tres aut q̄dratē. duas vero sextatē. vñ aut appellauerunt vñciā easq; p ordinē talib⁹ designauere figuris q̄ sepissime iueniūt i antiquis libris



A s	D eunx	D extans	D odrans	B isse	S eptunx
S emis	Q uantunx	T riens	Q uadrās	S extans	V ñcia

XIII

Cvincia quoq; quā duodecimā pte assis fore dixim⁹ i alias rur⁹. 12. fractioes. Sz alia via diuiserūt. nā medietatē vnicie dixerūt semivnicia. tertia vero duellā. quartā sicilicū. sextā sexculā. octauā dragmā. duodecimā semissi. lam. decimā octauā tremis sem. vigesimā quartā scrupulū. quadragesimā octauā obulū. septuagesimā secudā bīlliū. nonagesimā sextā cteracē. Ultima vero q̄ ē centesima quadragesimā q̄rta ps ipius vnicie siliquā nominauerūt. His aut̄. 12. fractionibus vnicie posteriores adiunxere calcū. Est aut̄ calcus centesima nonagesima sc̄dā ps vnicie: cui⁹ additio/ nis cā fuit vt vslq; ad minimā extremū diatesseron ⁊ diapente symphoniaz tonoz semitonorūq; interuallis distinctaz hāz fractionū denoatio cōscēderet vt cōtende ret ⁊ ipsas omnes fin ordinē talibus annotauere figuris.

Semiūciā Duella Sicilic⁹ Sexcula Dragma Emisseclā Tremissis
 $\text{ff} \bar{24} \quad \text{v} \bar{48} \quad \text{M} \bar{72} \quad \text{Z} \bar{96} \quad \text{L} \bar{144} \quad \text{Q} \bar{192}$

Scrupulus Obulus Billiūqua Lerates Siliqua Lalcus
Clius ergo qđ dicit: sens⁹ ē: q̄ si in aliquo circulo pentagon⁹ eq̄ilateris inscribas illud qđ sit ex trib⁹ q̄rtis diametri circuli i quinq; sextas linee subtēdētis vñū ex angulis inscripti pentagoni eq̄le ē pentagono. verbi grā. Sit circ̄ls. a.b.c. sup cēt⁹. d eiq; ex. ii. q̄rti inscribat pentagon⁹ eq̄ilater⁹ cui⁹ duo latera vñū ex suis angulis p̄tinētia sint. a.b. ⁊ b.c. ⁊ anglo. b. subtendat linea. a.c. ⁊ p̄trabat diameter. b.d.e secas linea. a.c. p̄ eq̄lia in puncto. g. sitq; d.f. medietas. d.e. ⁊ g. b. dupla ad. b.c. eritq; b.f. dodrās diametri: ē eni tres q̄rte ipsi⁹ ⁊ a.b. erit dext̄as vel sextas. a.c. ē eni. s. sexte eius: p̄trabat aut̄ linea. a.d: dico q̄ illud qđ puenit ex. b.f. in. a.b. ē eq̄le p̄tagono inscripto circulo. cū eni. a.g. sit p̄pendicularis ad. b.d. erit ex. 41. p̄mi ⁊ illud qđ puenit ex. b.d. in. a.g. duplū ē ad triangulū. a.b.d. iōq; qđ puenit ex. b. f. in. a.g. triplū erit ad eundē triangulū ⁊ qđ puenit ex. b.f. in. b.g. duplū ⁊ ex. b. f. in. totā. a.b. quincuplū. cū itaq; totus pentagon⁹ quintuplū sit ad cūdē trianglin cōstat q̄ istud qđ fit ex. b.f. in. a.b. ē eq̄le pentagono ⁊ illud erat demōstrādū. Qđ īgū ex p̄ncipio p̄positū ē nunc alia via sicut p̄misum⁹ demōstrem⁹. sint itaq; circu lo cui⁹ cēt⁹. b. inscripti pentagon⁹ figure. 12. basū ⁊ trigon⁹ figure. 20. basūq; q̄s eadem sp̄ra circūscribit. Cōstat eni ex. 5. hui⁹ q̄ hui⁹ duodecedri pentagon⁹ ⁊ il lius p̄coedri trigon⁹ ab eadē circulo circūdūt. sitq; pentagon⁹. a.b.c.d.e. ⁊ trigonus. a.f.g. ⁊ angulo. a. pentagoni subtendat linea. b.e. q̄ ex demōstratione. 17. tredecimi erit lat⁹ cubi quē eadē sp̄ra cōcludit: p̄trabat itaq; diameter. a.b. k. se cans orthogonaliter ⁊ p̄ equalia vtrāq; duar̄ lineaq; b.c. ⁊ f.g. bāc qđē i puncto. l illā vero in p̄ucto. m. dico ḡ φ p̄portio oīuz supficiez duodecedri ad oēs p̄coedri quoz pentagon⁹ ⁊ trigonus p̄posito circulo sunt inscripti ē sicut linee. b. e. que est latus cubi ab eadē sp̄ra conclusi ad lineam. f.g. que est latus trigoni p̄coedri. cōstat enim ex corollario octauē tredecimi q̄ linea. b.m. ē dimidiū linee. a.b. iōq; a. m. erit dodrās diametri. a.k. ē eni eius tres quarte. sit ergo. l.n. dupla ad. n.e. eritq; b.n. dextans. b.e. est eni quita ei⁹ sexte. itaq; per p̄missū aīs qđ prouenit ex. a.m. in. b.n. erit equale pentagono. a.b.c.d.e. qđ autē puenit ex. a. m. iii. m. f. ē equale triangulo. a.f.g. īgū ex prima sexti p̄portio pentagoni ad trigonū est sicut b.n. ad. m. f. quare duo decupli illius pentagoni ad vigincuplū illius trigoni sunt duod. cupli linee. b.n. ad vigincuplū linee. m.f. qđ ex. 15. quinti ⁊ equa proporsionalitate manifestum est duodecuplū autē. b.n. ē tanq; decuplū. b.c. nā. 12.




LIBER

dextates coequantur. x. assis hoc est. x. tota: vigintiplu vero. m. f. ē tanqz decupli. f. g. nam. f. g. est dupla ad. m. f. igit̄ duo decupli istius pentagoni ad vigintiplu istius trigoni est sicut decupli. b. e. ad decupli. f. g. et qz duodecedri illi⁹ pentagoni ē oēs superficies duodecedri: vigintiplu autē huius trigoni est omnes superficies ycoedri et quia per. 15. quinti decupli. b. e. ad decupli. f. g. sicut. b. e. simple ad. f. g. simplam erit per. 11. quinti pportio omnium superficieꝝ duodecedri pariter acceptarꝝ ad oēs superficies ycoedri pariter acceptas sicut. b. e. ad. f. g. Et hoc ē quod oportuit nos demonstrare.

Propositio .9.

Duisa qlibet linea scdm proportionē habēte mediū duoqz extrema erit pportio linee potētis supra totā lineā ei⁹qz maiorē portionē ad lineā potētē supra totā eiusdēqz minorē portionē tāqz pportio lateris cubi ad lat⁹ triāguli corporis viginti basiū vna cū cubo ipso i eadē spēa pteni.

C sit linea. a. b. diuisa scdm proportionē habentē mediū duoqz extrema et maior portio eius sit linea. a. c. et super centz. a. b. in quantitatē linee. a. b. describat circul⁹ d. b. e. eiqz inscribat ex. 11. quarti pentagonus equilaterus cuius vnu latus sit. d. e. et ex secunda eiusdem triangulus equilaterus cuius vnum latus sit. d. f. et vni ex angulis pentagoni qui sit. d. subtendatur ligea. e. g. Constat igit̄ ex. 5. hui⁹ qz spea circūscribens duodecedron cuius pentagoni latus est. d. e. circūscribit sīl ycoedron cuius trianguli latus ē. d. f. et ex demonstratione. 17. tredecimi manifestū ē qz eadem spēa circūscribit cubum cuius latus est. e. g. sumat. k. potens super totam a. b. et minorē eius portionem. b. c. dico itaqz qz pportio. e. g. ad. d. f. hoc ē lateris cubi ad latus trianguli ycoedri vna cū ipso cubo ab ipsa spēa contentizē sicut. b. ad. k. constat qdē qz ex corollario. 15. qrti q. a. b. ē tanqz lat⁹ exagoni equilateri circulo. b. d. e. inscripti: igit̄ ex tertia huius. a. c. est tāqz latus decagoni eiusdē circuli itaqz per. 10. 13. d. e. potens ē super totā. a. b. et eius maiorē portionē. a. c. quare. d. c. est equalis. b. nā quadratum vtriusqz earum tantū est quantū quadrata duarū linearū. a. b. et. a. c. ppter accepta: p3 autē ex octaua. 13. q. d. f. est tripla potentialiter ad. a. b. At vero ex. 5. eiusdē patet q. k. quoqz tripla est potentialiter ad. a. c. ergo ex secunda parte. 21. sexti pportio. d. f. ad. a. b. ē sicut. k. ad. a. c. quare pmutati. d. f. ad. k. sicut. a. b. ad. a. c. et quia ex demonstratione. 17. tredecimi manifestū ē qz si e. g. diuidat huius pportioñē habēte mediū duoqz extrema maior portio eius erit tāqz. d. c. erit p scdm huius pportio. e. g. ad. d. e. sicut. a. b. ad. a. c. qz p. 11. quinti erit quoqz. e. g. ad. d. e. sicut. d. f. ad. k. et pmutatum. e. g. ad. d. f. sicut. d. e. ad. k. Et qz per primā pte. 7. quinti. d. e. ad. k. sicut. b. ad. k. co qz d. e. et. b. sunt equales erit per. 11. quinti. e. g. ad. d. f. sicut. b. ad. k. qdē est propositū. Nō solū aut̄ est pportio e. g. lateris cubi ad. d. f. latus trianguli ycoedri sicut. b. ad. k. imo simpliciter sicut quarumlibet duarum linearum vnius ad alterā: quarum altera potest sup totā quā libet lineam diuisam huius proportionem habentem medium duoqz extrema et sup eius maiorē portionē: altera vero super totam et eius minorē portionē. nā singulaz linearum talium ē proportio vna: verbi gratia. maneāt priores hypotheses circa lineas. a. b. b. et. k. et sumatur quoqz quelibet elia linea qz sit. l. m. diuisa huius proportionē habētem medium duoqz extrema in. n. et portio maior sit. l. n. sitqz linea. p. potens super totam. l. m. et eius maiorē portionem. l. n. et linea. q. sit potens



super totam. l.m. et eius minorē portionē. m.n. dico ergo q̄ p̄portio. p.ad.q. est si
cut. b.ad.k. cōstat enī ex sc̄a hui⁹ q̄. b.a.ad.a.c. ē sicut. l.m.ad.l.n. ergo p̄ p̄nam
pt̄. 21. sexti quadrati. b.a.ad quadratū. a.c. ē sicut q̄drati. m.l.ad quadratū. n.l.
quare coniunctim quadrati. b.ad quadratū. a.c.sicut quadrati. p.ad quadratū. l.n
et permutatim quadrati. b.ad quadratū. p.sicut quadrati. a.c.ad quadratum. l.n.
Eodē argumentationis genere sequit̄ q̄ p̄portio quadrati. k.ad quadratū. q. est si
cut quadrati. c.b.ad quadratū. n.m. et q̄ ex sc̄a huius exprima pte. 21. sexti qua/
dratū. a.c.ad quadratū. l.n.sicut quadratū. c.b.ad quadratū. m.n. erit ex. 11. quiti
quadratū. b.ad quadratū. p.sicut quadratū. k.ad quadratū. q. quare p̄ sc̄am pte
21. sexti. b.ad.p.sicut. k.ad.q. Et p̄mutatim. b.ad.k.sicut. p.ad.q. qđ erat demon/
strandū. et ne quisq; dubitationis locis ea que demōstrāda restant obfuscat: pre/
mittenda abhuc arbitramur quedā quibus sequētia firmo demōstratiōis robore
incōcussa permaneant.


CSi aliqua plana superficies speram quālibet secet cōis differentia
plane superficie secantis et curue superficie spere erit circumferentia
continens circulum.

CSit igit̄ aliqua plana superficies secans speram et sit linea. a.b. cōis sectio superficie
secantis et superficie spere. dico q̄ linea. a.d. est circumferentia circuli. aut enī centrum
spere est in plana superficie secante. aut extra. Qđ si fuerit in ea ponat vbiq; p̄ti
gerit et sit. c. Quia ergo tota linea. a.b. ē in superficie spere et q̄ omnes linee ducte a
centro spere ad ipsius circumferentiā sunt equales quēadmodū constat ex diffinitio
ne spere. sequitur ut omnes linee ducte a puncto. c. ad linea. a.b. sint equales. ē igit̄
ex diffinitione circuli superficies quā continet linea. a.b. circulus et eius centrum ē. c.
videlicet idē q̄ centrum spere. si aut̄ centrum spere fuerit extra superficiē secantē: pona
tur ergo vbiq; qđ sit. d. a quo h̄m doctrinā. 11. undecimi ducat linea. d.c. perpen
dicularis ad superficiē secantē et p̄trahant ab eodē centro. d. due linee recte quōcūq;
contingat ad linea. a.b. que sint. d.a. et d.b. et iungat. c.cū.a. et cū.b. eruntq; due li
nce. d.a. et d.b. equalis eo q̄ ipse sunt a centro spere ad superficiem eius: ex diffi
nitione autē linee perpendicularis ad superficiē manifestū est q̄ anguli. d.c.a. et d
c.b. sūt recti: ideoq; ex penul. primi et ista cōi scia: que equalibus sūt equalia iter se
sunt equalia: erunt quadrata duar̄ lineaz. c.d. et c.a. pariter accepta equalia qua
dratis duar̄ lineaz. d.c. et c.b. pariter acceptis: dempto itaq; vtrinq; quadrato. d
c. erit quadratū. c.a. equale q̄drato. c.b. quare et linea. c.a. linee. c.b. Eodē argumē
tationis genere necesse est omnes lineas ductas a puncto. c. ad linea. a.b. ēē eq̄les
ergo ex diffinitione circuli superficies quā continet linea. a.b. est circul⁹ et ei⁹ centrum
est. c. quod est propositum.


CEx hoc itaq; manifestum est q̄ cum superficies secat speram super
centrum eius sector pueniens in superficie spere est linea continens
circulum cuius centrum est centrum spere. Cum autem superficies se
cat speram non super centrum eius sector quoq; pueniens i super
ficie spere est linea continēs circulū cuius centrum ē punctus ille in quo
incident perpendicularis ducta a centro spere ad superficiem secantem.

Amplius autem dico q̄

CSi in spera aliqua fuerint circuli equalis p̄pendiculares ducte a ce
tro spere ad superficies illorum circulorum erunt adinvicem equalis.



LIBER



CSint i spera cuius centrum a signati duo circuli b. t. c. equales ad quos superficies ptribant a centro spere videlicet a punto a. perpendicularares sibi quod docet. n. vñ decimi: ad hunc quidem a. b. ad illum autem a. c. dico quod due lineae a. b. t. a. c. sunt equales; ptribant enim a punctis b. t. c. singule lineae recte ad circumsferentias illos circulos, put libuerit: in hoc quidem b. d. in illo autem c. e. et iungat a. c. d. et cum e. erit quod ex diffinitione lineae supra superficie perpendiculariter stantis utriusque duorum angulorum a. b. d. a. c. e. rectus. At vero ex scda pte pmissi corollarij. **V**Manifestum est quod duo puncta b. t. c. sunt centra circulos b. c. ideoque due lineae b. d. t. c. e. sunt semidiametri eorum: qui circuli cum ponantur equales sequitur ex diffinitione equalium circulos bas semidiametros esse equales: et quia due lineae a. d. t. a. e. sunt equales quod sunt ducte a centro spere ad eius superficie: erunt ex penultimo. primi due perpendicularares a. b. t. a. c. equales quod oportebat demonstrare. Nunc igitur ad propositum redeamus.

Propositio .10.


Rapportio corporis duodecedri ad corpore ycoedri quod ambo una eademque spere includit: est sicut omnia superficies eius piter acceptarum ad omnes superficies illius piter acceptas. **T**hoc est quod superius post demonstrationem prime huius auctoritate Aristei et apollonij commemorauimus cuius demonstratio ex his quod premissa sunt evidenter elicetur. Ex quinta quidem huius manifestum est quod circuli quoniam alter circumscribit pentagonum duodecedri: reliquum vero trigonum ycoedri que ambo corpora spere una coherent sunt adinuicem equales: itaque erunt perpendicularares a centro spere ad superficies omnium circulos circumscribentium pentagonos huius duodecedri et trigonos illius ycoedri in eos centra cadentes adinuicem equales sicut ex premissis manifestum est nam omnes hi circuli teste. s. huius sicut dictum est equales sunt sibi adinuicem piramides: igitur quaz sunt bases pentagoni duodecedri non autem eas sunt centra spere atque piramides quaz bases sunt trigoni ycoedri: et coni easimiliter centra spere sunt eque alte cunctarum quidem pyramidum altitudinem mensurant vel determinant a conis ad bases perpendicularares cadentes: piramides autem eque altas suis basibus proportionales esse oportet quemadmodum in. 6. duodecimi probatum est: itaque proporcio piramidis cuius basis pentagonus duodecedri ad pyramidem cuius basis trigoni ycoedri est sicut istius pentagoni ad hunc trigonum. i. o. q. per. 24. quinti proporcio duodecupli illius piramidis cuius basis pentagonus duodecedri ad pyramidem cuius basis trigonus ycoedri sicut duodecupli illius pentagoni ad hunc trigonum. hec autem 12. piramides quaz sunt bases. 12. pentagoni duodecedri sunt tanquam totum corpus ipsius duodecedri. At 12. pentagoni tanquam omnes superficies eius: itaque proporcio corporis duodecedri ad pyramidem cuius basis est trigonus ycoedri est sicut proporcio omnia superficies duodecedri ad trigonum ycoedri. quare rursus ex. 24. quinti proporcio corporis duodecedri ad vigintiquattuor illius piramidis cuius basis est trigonus ycoedri est sicut omnia superficies duodecedri ad vigintiquattuor trigoni ycoedri. cu[m] igitur vigintiquattuor huius piramidis sit tanquam totum corpus ycoedri ad vigintiquattuor istius trigoni tanquam omnes superficies ipsius ycoedri erit proporcio corporis duodecedri ad corpus ycoedri que ambo una eademque spere includit sicut proporcio omnia superficies corporis duodecedri piter acceptarum ad omnes superficies corporis ycoedri piter acceptas. Hoc autem est predictor philosophorum de proportione horum corporum sententia fixa solidaque demonstratio roborata.

cui quoq; adiiciendū est hoc. nam cum p̄portio lateris cubi ad latus trianguli corporis ycoedri vna cū ipso cubo ab eadē spera cōclusi sit sicut p̄portio omniū superficiez corporis duodecedri p̄iter acceptaz ad omnes superficies ipsius ycoedri in eadem spera cōclusi sicut ex. 8. huius demonstratū est: erit ex. 11. quinti proportio corporis duodecedri ad corpus ycoedri que ambo spera vna circūvolnit tāq; p̄portio lateris cubi eidēq; spere inscriptibilis ad latus ipsius trigoni ycoedri. Amplius aut q; diuisa qualibet linea bī proportionē habentē mediū duoq; extrema est proportio lince potentis super totā & eius maiore portionē ad lineā potentē super totā & eius minorē portionē sicut lateris cubi alicui spere inscripti ad latus trigoni corporis ycoedri ab eadē spera circūducti sicut ex. 9. huius demonstratum ē erit etiā ex. 11. quinti vt diuisa qualibet linea bī proportionē habentē mediū duoq; extrema sit p̄portio linee potentis super totā & eius maiore portionē ad lineā potentē super totā & eius minorē portionē veluti p̄portio corporis duodecedri ad corpus ycoedri que ambo vna atq; eadē spera circūscribit. Ex dictis igit manifestum est q; p̄portio lateris cubi alicui spere inscripti ad latus trigoni ycoedri ab eadem spera circūscripti. itemq; p̄portio cunctaz superficiez duodecedri ad cunctas superficies ycoedri que ambo sup eadē spera circūscribit. Et rursus p̄portio linee potentis super quālibet linea diuisā bī proportionē habentē mediū duoq; extrema et super eius maiore portionē ad lineā potēntē super eandē & super eius minorē portionē atq; itez p̄portio corporis duodecedri ad corpus ycoedri que ambo vna ea demq; spera coberget est proportio vna. Mirabilis itaq; est potentia linee bī p̄portionē habentē mediū duoq; extrema diuisa: cui cū plurima philosophatiū admiratione digna cōueniat hoc pncipiū vel pncipiū ex superioroz pncipioz invaribili pcedit natura vt tā diversa solida tū magnitudine tum basiū numero tū etiā figura irronali quadam simphonia rōnabiliter conciliet. Quippe demonstratum est q; proportio duodecedri corporis ad ycoedron corpus q; ambo spera vna coambit est quasi p̄portio linee potentis sup quālibet linea bī prefata proportionē diuisa & super eius maiore partem ad quālibet linea potēntē super eandem & eius minorē ptem. quoniā vero de tribus ceteris corporib; regularibus nō haben^r aliquid dictū studeam^r de ipsis aliquid dicere.

Propositio .11.

Non omnia triangulo equilatero si ab uno angulorum eius perpendicularis ad basim ducatur latus eiusdem trianguli ad ipsā ppēndicularē potentialē sexquiteriū eē pueniet. Sit enī triangulus equilaterus. a. b. c. ducatq; ab angulo. a. linea a. d. ppēndicularis ad basim: dico q; a. b. ē potentialē sexquiteriū ad. a. d. sunt quidē ex. 5. p̄mi duo anguli. b. & c. eqles & quia anguli ad. d. sunt recti erit p. 26. p̄mi linea. b. c. diuisa p̄ equalia in pūcto. d. itaq; ex quarta sc̄di quadratū b. c. q̄druplū ad q̄dratū. b. d. idq; etiā q̄dratū. a. b. q̄druplū ē ad q̄dratū. b. d. Est enī triangulū equilaterū q̄re p̄ penul. primi q̄drata duaz lineaz. a. d. & b. d. pariter accepta quadruplū sūt ad q̄dratū. b. d. itaq; q̄dratū. a. d. triplū ē ad q̄dratū. b. d. cōstat ergo p̄positū.

Mdnis trigonus equilaterus cuius ē latus rōnale superficies medialis eē p̄bas. Sit vt prius triangulus. a. b. c. equilaterus & sit latus eius. a. b. rōnale siue i longitudine siue i potentia tm dico itaq; q; ipse triangulus ē superficies medialis: ducat cui ppēndicu-



laris. a.d. ab angulo. a. ad basim: eritq; ex premissa et ex. 6. decimi et dione superficie rōnalis quadratū lince. a. d. rōnalc et linea. a. d. rōnalis in potentia: ipsa autē ex ultima parte.. decimi mediante premissa erit incōmensurabilis lince. a. b. ideo q; et linea. b. d. que est tanq; eius dimidiū. sunt itaq; due linee. a. d. et b. d. rōnales potentialiter tantū cōcantes. igit ex. 19. decimi superficies vnius eaꝝ in alteram est medialis. cunq; superficies vnius carum in alterā sit equalis trigon o. a. b. c. Prostat verū esse quod diximus.

Propositio .13.


